C. 11. ~~4918~~
~~5654~~ Coll ~~2450~~
4309
Ⓤ. 52
42-1/1933

CHORASMIÆ,

ET

MAWARALNAHRÆ,

HOC EST,

Regionum extra fluvium *OXUM*

Descriptio,

Ex Tabulis

ABULFEDÆ ISMAELIS,

Principis *HAMAH.*

LONDINI,

CIↃ IↃC L.

REVERENDISSIMO·PRÆSULI
JACOBO·USSERIO
ARCHIEPISCOPO·ARMACHANO
PIETATE
DOCTRINA
CÆTERIS·QUE·ANIMI·VIRTUTIBUS
MAXIME·CONSPICUO
HAS·BINAS·ABULFEDÆ·TABULAS
UNAM·CHORASMIÆ
ALTERAM·MAWARALNAHRÆ
SUMMA·OBSERVANTIA
D. D.

JOHANNES·GRAVIUS

Lectori.

QUid (erudite Lector) in his Abulfedæ Tabulis, quæ in majoris operis specimen eduntur, à me præstitum sit, æquanimitate tuâ fretus, paucis expediam. Eas, quâ potui fide, & diligentiâ, cum V̄ exemplaribus MSS. contuli: uno doctissimi Erpenii, quod apographum est è Bibliothecâ Serenissimi Principis Palatini: altero ipsissimo codice, unde Erpenius suum exaraverat; qui dudum, mutatis sedibus, in Bibliothecam Vaticanam migravit. His duos alios, ex selectissimo eruditissimi Pocockii Musæo, adjeci. Quintum denique Constantinopoli emptum, sicubi hærebam, in consilium adhibui. His præsidiis instructus, multa, quæ in singulis occurrebant, σφάλματα correxi: nihil temerè reponens (nam ea mihi semper in Auctoribus edendis religio visa est,) nisi, aut ubi res ipsa fidem perspicuè firmaret, aut major pars Codicum consentirent. Jampridem est quòd viri eruditi Illustris hujus Geographi Tabulas, vel efflagitârunt, vel publicare promiserunt. Primus, ni fallor, Ramusius laudavit, earúmque usum doctis indicavit. Pòst Castaldus insignis geographus, multa in Asiâ, quam describendam susceperat, ex his emendatiùs, præcipuè in locorum Longitudinibus, & Latitudinibus, quæ vel luxatæ, vel depravatæ fuerant, restituit. Hos excepit eruditissimus Ortelius, vir subacti ingenii, & indefatigati studii, qui in thesauro suo geographico earum sæpe meminit: non quasi ipse inspexisset, sed Castaldi auctoritate innixus. Huic succenturiatus Cl. Erpenius, integrum Abul-

& regnavit donec obiit VI die [mensis] Rabiæ posterioris, anno [Hegiræ] IↃCCXLVI. *h. e. Christi* CIↃCCCXLV. *Quin & epigraphe Tabulis ipsius præfixa Principem eum fuisse, & in* Hamah *regnasse, satis apertè indicat.* كتاب تقويم البلدان للملك المويد صاحب حماه *Liber Canonis terrarum, auctore Rege forti, Principe Hamah. *Atque in ipsis Tabulis, ubi Longitudinem & Latitudinem urbis* Hamah *describit* (مدينة اولية و لها ذكر في كتب الاسرايلين وهي من اثره البلاد الشامية Civitas (inquit) antiqua est, cujus mentio in libris *Israelitarum*; éstque è præcipuis *Syriæ* ditionibus:) *tanquam rem certam* (محقق) *& sibi illìc degenti exploratam, definit ejus Longit.* LX. *gr.* XLV. *min. Latitud* XXXIV. *gr.* LXV. *min.*

Canonem verò hunc ab Abulfedâ, *Anno Hegiræ* IↃCCXXI. *h. e.* Christi 1321, *mense* Shaabân, *absolutum fuisse, sive ab Auctore ipso, sive ab alio quopiam ad calcem operis annotatur.* كان الفراغ من تبييضه من شهر شعبان سنة ٧٢١ Finitũ est opus mense *Shaabân*, Anno Hegiræ IↃCCXXI. *E præcipuis autem* Arabum *scriptoribus concinnatum esse, nemo, qui, vel eorum Scripta, vel ipsum Canonem leviter, & quasi per transennam, inspexit, negaverit. Memini inter legendum me plus minus* LX *nobiles Auctores citatos observasse. Verùm inter illos maximè eximii, & quibus præcipuè fidem adhibet, quatuor sunt: de quibus, suóque consilio in his Tabulis adornandis, ipsum* προλεγομένων *sectione penultimâ disserentem operæ pretium est audire.* نقلت الاطوال و العروض من القانون للبيروني و من كتاب الاطوال و العروض للفرس و من كتاب ابن سعيد المغربي و من كتاب *رسم الربع المعمور وهو كتاب نقل من اللغة اليونانية الي اللغة العبرانية و عرب القانون للمامون

* *Arab.* Liber rectificationis terrarum.

* Alibi legitur رسم الربع المعمور لبطلميوس idcóque in Tabulis quoties رسم occurrit, *Ptolemæus* ponitur; ut & loco *Al-Biruni*, & vice الاطوال *AlFaras*: quod hîc monendum esse duxi.

fedam *& doluit non editum, & promisit edendum: sed immaturâ morte, in medio studiorum cursu, abreptus, vir vitâ longiori dignissimus, facem prætulit, ut id negotii susciperet, consummatissimo* Schickardo. *Is itaque in* Tarich Persico, *multa reconditæ eruditionis, nostris penitus ignota, primus ex* Abulfedâ *protulit: primúsque res orientales è codice* Viennensi, *usus humanitate nobilissimi* Tengnagelii, *luce geographicâ illustravit. Verùm ut erat ingenii magni, ita & animi (uti mos est solidè eruditis) candidi, in literis ad me scriptis ingenuè fatetur:* codicem Viennensem [*unde suum descripserat*] passim esse illegibilem, ac, in numerorum præcipuè notis, ut plurimùm ambiguum. Certum est inde nullas posse Tabulas confici, aut vitiosissimas tamen. *Quod itaque à tantis viris susceptum, & à doctis hodie fere omnibus efflagitatum, tandem favente Deo Opt. Max. in hâc nunquam satis deplorandâ Patriæ meæ calamitate, in maximo fortunarum naufragio, summâque animi inquietudine, consummatum est. Sed de me aliàs: de* Abulfedâ *pauca dicenda sunt, ut, qualis, quantúsque auctor fuerit, innotescat. Principatum obtinuisse in* Hamah Syriæ *urbe, (cujus in* * *S. Codice mentio fit) luculenter narrat Auctor libri* AlSacerdan *inscripti.* السلطان الملك الصالح عماد الدين ابو الفدا اسمعيل بن الملك الناصر جلس علي سرير الملك [في حماه] بعد خلع اخيه الملك الناصر احمد في يوم الخميس ثاني عشرين المحرم سنة ثلاث و اربعين و سبعماية و اقام في الملك الي ان توفي في رابع ربيع الاخر سنة ست و اربعين و سبعماية، Rex justus, columna religionis, *AlSoltan, Abulfeda Ismael*, filius *AlMelec AlNaser*, sedit super thronum regni [in *Hamah*] post amotionem fratris ipsius *AlMelec AlNaser Ahmed*, feriâ quintâ, XXII die [mensis] *AlMoharram*, Anno IↃCCXLIII [Hegiræ] &

* *Josu:* XXI 32.

للمامون و هذه هي الكتب المعتمد عليها في هذا الفن

Descripsi longitudines & latitudines ex Canone *AlBirunii*, & ex libro longitudinum & latitudinum *AlFaras*, & ex libro *Ebn Saïd AlMagrebi*, & ex libro qui inscribitur, quarta pars orbis terrarum inhabitata: hic liber ex linguâ Græcâ in Hebræam traductus est, & [inde] in Arabicam jussu *AlMamonis*. Isti libri sunt, quibus hic tractatus innititur. AlBirunius, *cujus auctoritatem vel maximè sequitur, & quem præ cæteris singulari elogio commendat (eum enim* الاستاذ هذا الفن Magistrum hujus operis *appellat.) patriâ fuit* Chorasmiâ *oriundus, & literis mathematicis (quod etiamnum ex ipsius scriptis, quæ supersunt, liquet) instructissimus. Floruit* † *Anno Hegiræ* CCCLXXXV, Christi IↃCCCCLXXXXV.

* AlMamon *septimus in* Abbasidarum *familiâ* Califa *[sive Imperator,] inter maximos Principes, ob doctrinam, & insignem in viros eruditos munificentiam, jure celebrandus: is fuit, qui accersitis undique hominibus eruditione illustribus, & erutis è Græcorum bibliothecis libris præstantissimis, eisque in Arabicam linguam traductis, brevì bonas artes apud Arabas, prius armis magis quàm literis addictos, ad summum fastigium perduxit. Cujus auspiciis debemus, quòd adhuc multi è priscis Græciæ sapientibus, de quibus jamdiu inter ipsos Græcos conclamatum est, inter Arabas supersint. Sed hæc ἐκτὸς τοῦ ὅδοῦ, redeo ad* Abulfedam.

De Tabularum methodo, earúmque partitione, quòd nova sit, nostrísque inusitata, nonnulla etiam prælibanda sunt. Longitudines Locorum Ptolemæus, *cæterique tum Græci, tum Latini, ab Insulis Fortunatis deducunt: atque Arabes, præsertim antiquiores, Græcorum vestigiis insistentes, eandem prorsus rationem sequuntur. Inde* Alfarganus, *&* AlBattanius *(qui vulgò* AlBategnius*) utrque civitates* من الجزاير الخالدات *ab insulis AlChaledat h.e. Fortunatis, numerant. Verùm noster, aliique nonnulli,*

† Ita Cod. meus MS. *AlBirunii.*

* Obiit Anno Hegiræ 217. Christi 832, postquàm regnasset 20 annos 5 menses 13 dies, vixisset 49 annos. *Georgius Ebn Al-Amid Auctor Hist. Sarac. ab* Erpenio *edi.æ.*

nonnulli, peculiari usi consilio; non ab insulis istis, utpote illâ tempestate incognitis, sed ab ultimo promontorio, quod mari Atlantico alluitur, tanquam à certo, & fixo limite, longitudines Locorum inchoant. و اما الاطوال المذكورة في هذا الكتاب فهي من ساحل البحر الغربي و هو ينقص عشر درج عن الاطوال من الجزاير الخالدات و العروض من خط الاستواء ليس الا و يساوي عرض البلد ارتفاع القطب Longitudines quidem prædictæ sunt à litore maris occidentalis, *[sc. ubi sitæ sunt Columnæ* Herculis,] quod *X gradibus minus est longitudinibus ab Insulis Fortunatis: latitudines verò sunt à lineâ æquinoctiali; quin & æqualis est latitudo Civitatum poli altitudini.

* Nonnulli tamen Arabum, nostro antiquiores, inter insulas Fortunatas & extimum litus maris Hesperii ponunt intervallum 17. gr. 30. min. Vide *Canones Arzachelis*, & Tabulas *Alphonsinas.*

Hinc ratio elucescit, quamobrem in tabulis Arabum Astronomicis, & chartis Geographicis, Alexandria *Ægypti, in aliis* LI *gradus longitudinis obtineat, in aliis* LXI. *nimirum illi à litore maris Atlantici, hi ab Insulis Fortunatis, calculum instituunt. quod in cæteris etiam Civitatibus annotandum est. Verùm Geographis, & Astronomis Indorum, alia, & planè diversa in computandis longitudinibus ratio initur. Primum enim meridianum in oriente (quem Græci, Latini, Persæ, Arabes, aliique in occidente figunt) per Cancadoram ducunt: itaque quæ* Ptolemæo *maxima longitudo, Indis minima est: & è contra.* Alî Koshgius *insignis Auctor* in Astronomiæ institutione Persicâ و مبداء عمارات در طول منجمان از جانب مغرب كرفته اند تا بعد شهرها از آن مبداء در جهة توالي بروج باشد و بعضي هند بآن از جانب مشرق كرفته اند تا بعد در جهة حركة اولي باشد ومبداء عمارات از جانب مشرق موضعيست كه آنرا كنكدر خوانند و از جانب مغرب جزيرة ايست كه وقتي معمور بوده واكنون خرابست وآنرا جزاير خالدات كويند و از انجا تا ساحل درياي مغرب ده درجة است ومنجمان بعضي مبداء عمارات از جزاير خالدات كيرند و بعضي از ساحل درياي مغرب

rum unum è VII climatibus prædictis. *Clima cognitum* est quæcunque regio, aut regnum, plurimas provincias, & tractus continens. Quemadmodum Syria, & *AlErak*, & aliæ [regiones.] Quandoque *clima cognitum* pars est climatis veri, quandoque duorum. ex. gr. Syria partim est in III climate, & partim in IV. Quandoque *clima cognitum* comprehendit plures partes VII climatum. Sicut de Chinâ ferunt. Dicunt, quòd ipsius latitudo longitudinem superet, & quòd initia climatum orientalium complectens per fines VII climatum pertranseat.

Cur autem in hâc climatum partitione, Arabiam, sive, ut ipse loquitur, جزيرة العرب Peninsulam Arabiæ, *primum clima esse statuat, cùm in cæteris ab ultimo occidente recto tramite ad extremum orientem tendat, noster luculentam rationem adducit,* فتبعنا فيه ابن حوقل و ابتدانا بجزيرة العرب لكون بيت الله الحرام و قبر نبيه Utique in hoc secuti sumus *Ebn Haukal*, incipiendo à peninsulâ Arabiæ; quòd illîc sit templum Dei *AlHaram* [sive sacrum,] & sepulcrum Prophetæ ejus. *Atq; hæc de Tabularum methodo dicta sunto.*

Quoniam verò in mensuris geodæticis, quibus noster Locorũ intervalla metitur, incertitudo oriri possit, quòd Arabũ alii alias usurpent, de his etiam quædam, quæ ad rem nostrã spectant, animadvertenda sunt. Præcipuæ, quibus tum Arabes, tum Persæ utuntur, mensuræ sunt, الاصبع digitus, الذراع cubitus, الميل milliare, الفرسخ parasanga (*quam usq; in hodiernum diem Persæ* فرسنك farsanc *appellant*) المرحلة statio, mansio, *sive* diæta المجري cursus: *de singulis pauca dicenda sunt. Digitus fit è* VI *granis hordeaceis in latum sibi invicem applicatis:* اتفقوا علي ان كل اصبع ست شعيرات معتدلات مضموم بطون بعضها الي بعض Conveniunt [*sc. antiqui, & recentiores*] digitum fieri ex VI granis

Abulf. *in Prolegomenis*, & Al-Edrisi.

Initium habitationum, quoad longitudinem, Astronomi à parte occidentali sumunt; ut inde distantia civitatum sit in consequentia Signorum. Quidam ex Indis ideò ab oriente incipiunt, ut [earum] distantia sit secundùm primum motum, Principium habitationum in plagâ orientali locus est, quem **Cancadoram* vocant: in occidente insula est, quæ olim habitata, sed nunc deserta, eam appellant *Jazair Chaledât*: inde ad litus maris Atlantici X gradus. Alii ex Astronomis habitationes ab insulis *Fortunatis*, alii à litore maris occidentalis incipiunt.

* Hæc de ætate *Ali Koshgii* intelligenda sunt. Nam Indos longè ante, à civitate *Arim* in Indiâ, longitudines numerâsse, & Indorum exemplo, quosdam etiam ex Arabibus, viri docti annotârunt. In vetustis Planetarum theoriis, quæ, Christmanno referente, in bibliothecâ Palatinâ extabant, *Arim* ita describitur. Arim *distat ab utrisque Gadibus, scilicet* Alexandri & Herculis, *æqualiter: distat enim à Gadibus* Alexandri *positis in Oriente* 90 *gradibus, & à Gadibus* Herculis *positis in Occidente* 90 *gradibus, & ab utróque polo* 90 *gradibus.*

Porrò in climatibus etiam designandis Abulfeda *ordinem instituit à communi diversum. Antiqui Græciæ Magistri septem climata statuerunt; quem etiam numerum Arabes, & Persæ, sequuntur. Verùm noster præter climata* VII, *quæ sunt* κατὰ θέσιν, *fixa, & vera (dependent enim ex dierum longitudine,)* XXVIII κατ' ὑπόθεσιν *assignat. Ideóque in ipsius Tabulis inter* الاقاليم الحقيقي clima verum, & الاقليم العرفي clima cognitum, *distinguit.* والمراد بالاقليم الحقيقي احد الاقاليم السبعة المقدم ذكرها والعرفي كل ناحية ومملكة تشتمل علي عدة كثيرة من الاماكن والبلاد مثل الشام والعراق وغيرهما و قد يكون الاقليم العرفي بعضا من الاقليم الحقيقي و قد يكون بعضا من الاقليمين مثل الشام فان بعضه من الاقليم الثالث و بعضه من الرابع و قد يشتمل الاقليم العرفي علي ابعاض الاقاليم السبعة كما يحكي عن الصين فانه يقال ان عرضه اكثر من طوله وانه يشتمل علي روس الاقاليم الشرقية حتي يستوعب اطراف الاقاليم السبعة Intelligimus per *Clima verum*

ἀκοντα σταδίους ἔχον, *Arabibus, & Persis, tria continet milliaria.* Auctor Kamus : فرسخ الطريق ثلاثة اميال هاشمية Parasanga via trium milliarium Hashamiyensium. و الهاشمية ن بالكوفة Hashamiya autem (*inquit*) civitas est in AlCufâ. *Abulfeda:* واما الفرسخ فهو عند القدماء وعند المحدثين ثلثة اميال لكن يجي الخلاف لفظيا في الفرسخ اذا جعل اذرعا فانه بذراع القدماء تسعة الاف ذراع و بذراع المحدثين اثنا عشر الف ذراع وهو علي التفسيرين ثلثماية الف اصبع تنقص اثنا عشر الف اصبع Parasanga quidem, tum antiquis, tum recentioribus est III Milliaria : siqua parasangæ diversitas, fit cùm cubitis exprimitur. Etenim è cubitis antiquorum continet IXCIↃ, è cubitis recentiorum XII CIↃ. qui utrobíque expressè sunt CCC CIↃ digiti, minùs duodecies mille digitis.

Quod Latinis statio, mansio, & diæta, *Arabibus* المرحلة & المسيرة, *Persis* منزل گاه, *pro itinerũ ratione, viarumq́, quibus inceditur, anfractibus, & diverticulis, diversimodè se habet.* Geographus Nubiensis (*ut inscribitur à Maronitis, cujus verus auctor est* الشريف الادريسي) *Clim.* V. *Sect.* 1 *definit* المرحلة ثلثون ميلا mansionem esse XXX milliaria. Abulfeda *rem incertam, & variam esse judicat. Itaque ut Astronomi veros, apparentes, & inæquales Planetarum motus, mediis, & æqualibus determinant: sic noster* mansionem, *sive unius diei iter, quod vagum & difforme,* VIII *parasangis metitur* بالسير الوسط medio *sc.* incessu. Al-Birunius, *sæpe à nostro laudatus,* diætæ *quintam partem abradit, ut ad lineam rectam viarum spatia reducantur.* لتعرجات الطرف و التوابها بحسب الجبال و الوعد و غير ذلك يكون الخمس بالتقريب فاذا كان بين البلدين خمسون فرسخا بحسب سير الساير فيكون علي خط مستقيم اربعين فرسخا Propter finium inflexus, & tortuosos incessus, ratione montium, &

 clivorum,

granis hordeaceis, æqualibus, quorum latera sibi mutuò applicantur.

Cubitus *duplex est, unus* XXXII *digitos continet, alter* XXIV : *ille major dicitur, hic minor.* Abulfeda *in* Prolegomenis : واما الذراع فالخلاف بينهم فيه حقيقي لانه عند القدماء اثنان و ثلاثون اصبعا وعند المحدثين اربع وعشرون اصبعا فذراع القدماء اطول من ذراع المحدثين بثمان اصابع De cubito vera est inter eos dissensio. Quoniam apud antiquos constat è XXXII digitis, apud recentiores è XXIV. antiquorum itáque cubitus VIII digitis longior est recentiorum cubito.

Milliare *item duplex; alterum ter mille cubitos comprehendit, alterum quater mille: quanquam, ut pulchrè monet* Abulfeda, *unum idemq́ est milliare, & veteribus, & recentioribus; siqua diversitas, ex vario cubitorum usu exoritur.*

واما الميل فهو عند القدماء ثلثة الاف ذراع وعند المحدثين اربع الاف ذراع والخلاف بينهم فيه انما هو لفظي فان مقدار الميل عند الجميع شي واحد وان اختلفت اعداد الاذرع لانه علي التفسرين ست و تسعون الف اصبع فاذا قسمها اثنين و ثلاثين اثنين و ثلاثين كان المتحصل ثلاثة الاف ذراع واذا قسمها اربعة و عسرين اربعة و عشرين كانت اربعة الاف ذراع Milliare antiquis est CIↃ CIↃ CIↃ cubiti, recentioribus CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. Itaque differentia est inter eos; sed ea quidem verbalis. Quantitas enim milliaris eadẽ utrísque est; etsi cubitorum numerus sit diversus. quia utrobíque expressè sunt nonagies sexies mille digiti, qui si dividantur à XXXII, quotus erit ter mille cubiti; sin dividantur à XXIV, erit quater mille.

Parasanga, *quæ* Herodoto δυνάται τριήκοντα στάδια, Hesychio εἶδος μέτρου Περσικοῦ, & *in* voce παρασάγγης, μέτρον ὁδοῦ τριάκοντα

sonis connectunt, sed extra lineam, vel supra, vel infra, locant, aut omnino festinandi studio abjiciunt. Indè maxima in legendis eorum libris difficultas, major in intelligendis labor, & insuperabilis, præcipuè in hominum locorúmq; nominibus, errandi necessitas. Quod quàm absonum sit primi, & prudentissimi Legislatoris sapientiæ, viderint illi, qui Mosem *Legem scripsisse sine vocalibus enixè contendunt. Nos ad alia pergimus. Huic nauseæ, quantum in nobis est, ut occurreremus, columnam illam* الضبط, *sine Lectoris dispendio penitus à Tabulis removimus: quam, si tanti sit, poterit ex Latinis* Propriis nominibus, *in quibus vocales inseruntur, restituere. Ad methodum enim* * *Maronitarum* â *pro* Fathâ, e *pro* Cesrâ, o *pro* Dammâ, â *vel* á, i, u, *pro* آ, ـِ, ـُ, *apponi curavimus. Atque hâc ratione in* Nominibus *Tabularibus usi sumus, & etiam in Locorum descriptione ante & post Tabulas: in quibus insuper duos uncos, quoties opus erat, bina puncta includentes efformavimus. Ea indicant in Latinâ interpretatione illud literarum* ضبط *omissum, reperiri tamen è regione in paginâ Arabicâ.* Gim *quoque Arabicum per consonam* J *Latinam, sive Italicam, expressimus: sed in medio, & fine vocum, nullâ sequente vocali, per* g' *semilunulâ supernè insignitum; quod nostro consilio innovavimus. Deniq;, ut eruditus Lector sincerius de* Abulfedæ *diligentiâ judicium ferat, visum est proœmium, quod prolegomenis ipsius præmittitur, tanquam prologum galeatum, ut festivè* * *D.* Hieronymus, *his Tabulis præfigere.*

* Vide *Gram. Arab. Parisiis* editam.

* In Prolog: *Bibl.*

clivorum, aliorúmque, propè quinta pars [viæ deducenda est.] itaque cùm fuerint inter duas civitates incedenti L parasangæ, in lineâ rectâ erunt XL parasangæ.

المجري cursus, *quæ ultima, & maxima est intervallorum mensura, ab* AlEdrisi, & Abulfedâ, *definitur:* ما يقطعه المركب في يوم و ليلة quantum navis unâ nocte diéque conficit: *id* AlEdrisi *statuit esse centum millia passuum, sive* * gradum *circiter & dimidium. Longum esset reliquas Arabum mensuras persequi; quæ jam dicta sunt, ad eorum, Persarumq; Geographos illustrandos, quod instituti est nostri, sufficiunt.*

* Gradui terrestri على راي المتقدميـن *Secundùm veterum sententiam* 22 parasangas & ⅔ Abulfeda attribuit. Sed على راي المتاخرين *Secundùm recentiorum sententiam* XIX parasangas, minus ⅔ ὁλοσχερῶς. Idem alibi refert Astronomos jussu *Al Mamonis* in campis *Sinjar*, prope *Babylonem*, ex observationibus deprehendisse LVI milliaria & ⅔ uni gradui competere. Quam rationem *Arabes* plerique sequuntur. Verùm *Alî Koshgius*, qui ducentis abhinc annis sub auspiciis *Ulug Beigi* multa in Astronomiâ restauravit, gradibus 360 *h. e.* integro circulo, octies mille parasangas assignat, sive LXVI milliaria, & duas tertias milliaris I gradui. برصد و حساب معلوم كرده اند كه زمين محيط عظيم كه بر زمين فرض كنند هشت هزار فرسخ است و هر فرسخي سه ميل و هر ميلي سه هزار كز و هر كزي سي و دو اصبع و هر اصبع مقدار شش جو معتدل و هر جو مقدار شش تار موي بال اسب *Ex observationibus, & calculo scitur, quòd in terrâ* h. e. in circulo maximo in terrâ descripto, *sunt octies mille parasangæ: quæque parasanga tria milliaria comprehendit, & quodque milliare ter mille ulnas* [sive cubitos,] *& quæque ulna* XXXII *digitos, & quisque digitus mensuram* VI *granorum hordei æqualium, & quodque granum mensuram sex pilorum è caudâ equinâ.* Cod. MS. *Alî Koshgii.* Similiter *Al Hazen* (lib. de crepusculis) ponit ambitum terræ 24000 millia passuum: quod quidem (inquit) *Nonius* cum nautarum observationibus maximè convenit. *Nonius lib. 2. de observat: Regiis.* Quid Græci, & Latini, de terræ magnitudine, sive ambitu circuli maximi, statuerint, videtis in *Snellii Eratosthene Batavo*: nos Arabum solummodo sententias recensemus.

Restat, ut Lectorem moneam, me in Tabulis tam Arabicis, quàm Latinis, columnam *omisisse, quam* Abulfeda للضبط Nominum fixioni *assignat: ubi consonas, & vocales omnes, quæ formationi vocum cujusq; civitatis inserviunt, disertis verbis enumerat. Quàm insulsum esset, & delicatis auribus ingratum, si tanquam puero abcdario singulas literas, & apices Lectori indicâssem? At quod nostris ridiculum videtur, Arabibus, Persis, Turcis, quin & Hebræis & Syris, planè necessarium est: qui non, sicuti Græci, & Latini, vocales in eadem lineâ cum consonis*

ABULFEDÆ Ismaelis, Principis Hamah,
Proœmium in ipsius Tabulas Geographicas.

Laudetur Deus eâ laude, quæ majestati ipsius convenit, & benedicat Domino nostro Mohammedi, & familiæ ejus.

INter libros, quos scriptos vidi, de provinciis, terrarúmque tractibus, de montibus, maribus, aliísque, nullum reperi proposito meo congruentem. Inter verò eos, quos hoc de argumento compositos inveni, est liber *Ebn Haukal:* opus quidem satis prolixum, in quo, quid cuique regioni proprium sit, exactè recensetur: sed neque locorum nomina vocalibus designantur, neque ad eorum longitudines, & latitudines attenditur, unde frequens nominis, regionísque, oritur incertitudo: quibus ignoratis, utilitas undiquaque absoluta minimè obtinetur. Nobilis autem *AlEdrisi* in libro *de regnis, & regionibus*, & *Ebn Cordadabah*, aliique vestigia *Ebn Haukal* universi consecuti sunt; tum in nominum designatione, tum in longitudinibus, & latitudinibus, à veritate deviantes. Porrò eæ tabulæ, libríque, qui longitudines & latitudines tractârunt, in proferendis nominibus, & in describendis civitatibus, deficiunt. Quin etiam libri de corrigendis locorum nominibus, rectéque proferendis compositi, quemadmodum liber proportionum *AlSamaani*, & *AlMoshtarec Yakuti AlHamawi*,

الحمد لله حمدا يليق بجلاله و صلي الله
علي سيدنا محمد و آله

و بعد فاني لما طالعت الكتب المولفة في البلاد
و نواحي الارض من الجبال و البحار و غيرها
لم اجد فيها كتابا موفيا لغرضي فمن الكتب التي
وقفت عليها في هذا الفن كتاب ابن حوقل و هو
كتاب مطول ذكر فيه صفات البلاد مستوفيا غير انه
لم يضبط الاسماء و كذلك لم يذكر الاطوال و العروض فصار
غالب ما ذكره مجهول الاسم و البقعة و مع جهل ذلك لا
تحصل فايدة تامة و كتاب الشريف الادريسي في الممالك
و المسالك و كتاب ابن خرداذبه و غيرها و جميعهم حذوا
حذوا ابن حوقل في عدم التعرض الي تحقيق الاسماء و الاطوال
و العروض و اما الزيجات و الكتب المولفة في الاطوال و
العروض فانها عرية عن تحقيق الاسماي و عن ذكر صفات
المدن و اما الكتب المولفة تصحيح الاسماء و ضبطها
مثل كتاب الانساب للسمعاني و المشترك لياقوت الحموي
و

& insuper liber [*cui titulus*] *Solutio dubiorum è genealogiis emergentium*, & etiam liber *Alfaisal* (ambos composuit *Abu Al-Magd' Ismael Ebn Hebbatallah AlMausali,*) in eis quidem vocales nominibus accuratè apponuntur, neglectâ tamen longitudine, & latitudine: ex quo neque * *Semit*, nec oriens, nec occidens, nec auster, nec septentrio, certò cognoscuntur. Hæc cùm animadvertissem, & probè mecum pensitâssem, in compendium redegi, quæ in libris memoratis dispersa sunt; non tamen ausim affirmare me omnes terras complexum esse, aut majorem earundem partem descripsisse. Imò id vel votis sperare nimium videretur. Libri enim de hoc argumento editi, perpauca hujusmodi continent. Nam *regio Sinarum* quamvis magna, & civitatibus refertissima, ad nos tamen levis ipsius notitia pervénit, eáque mendaciis admixta. Quæ etiam de *Indiâ*, ab aliis accepimus, perplexa sunt, & incerta. Eodem planè modo *Bulgaria, Circassia, Russia, Servia, Walachia, & terræ Alfrang'*[a] *a freto Constantinopolitano usque ad oceanum Atlanticum* (licèt regna multa, magna, & latissima sint) nec non nomina Civitatum, & earum mores, nobis prorsus ignota sunt; quapropter hæc strictim solummodo recensebo. Itidem regiones *Nigritarum*, quæ ad Austrum vergunt, plurimæ etiam sunt, & variis gentibus distinctæ. E quarum numero sunt, *AlHabassia, AlZeng, AlNubia, AlTacrur, AlZila*, aliæque; de quibus universis admodum pauca accepimus. Præcipua verò librorum pars, qui de regionibus regnísque inscribuntur, solummodo regiones *Mohammedicæ* religionis paulò exactiùs describunt; imò ne has quidem omnes plenè enumerant. Veruntamen, quemadmodum in adagio est: *quod non est totaliter notum, non est totaliter rejiciendum*. Cognitio enim partis præferenda est igno-

* Vertex loci.

[a] *h. e.* Christianorum in Europâ viventium.

و كتاب مزيل الارتياب عن مشتبه الانتساب و كتاب
الفيصل كلاهما لابي المجد اسمعيل بن هبة الله الموصلي
فانها اشتملت علي ضبط الاسماء و تحقيقها من غير تعرض
الي الاطوال و العروض و مع الجهل بالاطوال و العروض يجهل
سمت ذلك البلد فلا يعرف الشرقي منها و لا الغربي و لا
الجنوبي و لا الشمالي و لما وقفنا علي ذلك و تاملناه جمعنا
في هذا المختصر ما تفرق في الكتب المذكورة من غير
ان ندعي الاحاطة بجميع البلاد او بغالبها فان ذلك امر
لا مطمع في الاحاطة به فان جميع الكتب المولفة في هذا
الفن لا تشتمل الا علي القليل الي الغاية فان اقليم الصين
مع عظمته و كثرة مدنه لم يقع الينا من اخباره الا الشان
النادر وهو مع ذلك غير محقق و كذلك اقليم الهند فان
الذي وصل من اخباره مضطرب و هو غير محقق و كذلك
بلاد البلغار و بلاد الجركس و بلاد الروس و بلاد الشرب
و بلاد الاولق و بلاد الفرنج من الخليج القسطنطيني الي
البحر المحيط الغربي فانها بلاد كثيرة و ممالك عظيمة متسعة
الي الغاية و مع ذلك فان اسماء مدنها و احوالها مجهولة
عندنا لم نذكر منها الا القليل النادر و كذلك بلاد السودان
في جهة الجنوب فانها ايضا بلاد كثيرة بجنوس مختلفة من
الحبش و الزنج و النوبة و التكرور و الزيلع و غيرهم فانه لم
يقع الينا من اخبار بلادهم الا القليل النادر و غالب كتب
المسالك و الممالك انما حققوا بلاد الاسلام و مع ذلك فلم
يحصوها عن اخرها و لكن كما قيل ما لا يعلم
كله لا يترك كله فان العلم بالبعض خير
من

ignorantiæ totius. Ideò in epitomen collectis, quæ variis libris dispersa sunt, commemoratione eorum, quæ ab aliis dicta, volente Deo, erimus contenti. Sequentes autem in hoc opere vestigia *Ebn Jazalah*, qui librum de medicinâ inscripsit [b]*Takwim Alabdân*, nostrum etiam appellabimus [c]*Takwim Alboldân*. Priusquàm autem tabulas terrarum descripserimus, quæ necessaria fuerint cognitioni universæ terræ, & septem climatum, & marium, præmittentur.

[b] h.e. *Canonem corporum.*
[c] h.e. *Canonem terrarum.*

من الجهل بالكل و قد جمعنا في هذا المختصر ما تفرق
في كتب عديدة علي ما سنقف عليه ان شآء الله تعالي
عند ذكرها وحذونا في تاليفها حذو ابن جزلة في كتاب
تقويم الابدان في الطب و سمينا كتابنا هذا تقويم البلدان
و قبل ذكر البلاد في الجداول نقدم ما تجب معرفته من
ذكر الارض و الاقاليم السبعة و البحار ؛

Vigesimum quintum Clima cognitum est * *Chowarezmia*.

* *Chorasmia* Ptolemæo.

Descriptio *Chowarezmiæ*.

EInitâ *Tocharestanæ*, eorúmque, quæ ad eam spectant, descriptione, de *Chowarezmiâ*, climate sic dicto, agendum est. Clima hoc, à *Chorasanâ*, & *Mawaralnahrâ*, separatur, desertis undique incinctum. Id omne ab occidente pars terræ *Turcarum*, ab austro *Chorasána*, ab ortu plagæ *Mawaralnahræ*, à septentrione aliæ *Turcarum* regiones claudunt. Regio *Chowarezmiæ* sita est ad extremum [fluvii] *Iihun* decursum: nec alia ultra hanc ad fluvium habitatio est, defluente *Iihun* in lacum *Chowarezmiæ*. *Chowarezmia* utrique fluminis lateri adjacet: civitas ejus maxima est *Corcang* (ad australem ripam *Iihun*) *Arabibus Al Jorjaniyah* dicta. Referente *Ebn Haukal*, terræ *Chowarezmiæ* sunt omnium frigidissimæ. Congelascit primò fluvius *Iihun* quâ *Chowarezmiam* attingit. Emporiũ, inquit, *Chowarezmiæ* illorum linguâ *Cáth* nominatur: quo dudum à flumine diruto, urbs [nova] à *Chowarezmiis* ultra, in boreali latere *Iihun*, ædificata est. Ait *Mohalabî* terras *Chowarezmiæ* à lacu *Chowarezmiæ* in austrum, & orientem expandi: & à *Chowarezmiâ* ad *Amol* esse circiter XII diætas, à *Chowarezmiâ* verò ad lacum *Chowarezmiæ* VI diætas.

الخامس و العشرون من الاقاليم العرفية و هو خوارزم ،

ذكر خوارزم

لما فرغ من طخارستان و ما اضيف اليها انتقل الي ذكر بلاد خوارزم اسم للاقليم و هو اقليم منقطع من خراسان و عن ماوراء النهر و يحيط به المفاوز من كل جانب و يحيط به من الغرب بعض بلاد الترك و يحيط به من جهة الجنوب خراسان و من الشرق بلاد ماوراء النهر و يحيط به من الشمال بلاد الترك ايضا و اقليم خوارزم في اخر جيحون و ليس بعده علي النهر عمارة الي ان يقع جيحون في بحيرة خوارزم واقليم خوارزم علي جانبي جيحون و مدينته العظمي و هي كركنج في الجانب الجنوبي من جيحون و تسمي با لعربية الجرجانية قال ابن حوقل و بلاد خوارزم من ابرد البلاد قال و يبتدي الجمود في نهر جيحون من جهة خوارزم قال و كانت قصبة خوارزم تسمي بالخوازرمية كان فخربها النهر و بني لهم الناس مدينة وراءها قال و كانت هذه المدينة في الجانب الشمالي من جيحون و قال المهلبي و بلاد خوارزم في جهة الجنوب و الشرق عن بحيرة خوارزم و من خوارزم الي امل نحو اثني عشرة مرحلة و من خوارزم الي بحيرة خوارزم نحو ست مراحل ،

الخامس و العشرون من الاقاليم العرفية
و هو خوارزم

الاسماء	اسماء المنقول عنهم	الطول درج	الطول دقايق	العرض درج	العرض دقايق	الاقليم الحقيقي	الاقليم العرفي
كركانج الكبري	اطوال وقانون	فد	ا	مب	يز	من الخامس	من خوارزم
جرجانية خوارزم وهي كركانج الصغري	اطوال	فد	ه	مب	مه	من الخامس	من خوارزم
	قانون	فه	ج	ما	لو		
كاث	اطوال	فد	ج	ما	لو	من الخامس	من خوارزم
زمخشر	اطول	فد	ل	ما	مه	من الخامس	من خوارزم
هزار اسب	اطوال	فه	ك	ما	ي	من الخامس	من خوارزم
درعان	اطوال و قانون وبعضهم	فو	كه	م	ل	من الخاس	من خوارزم
فربر	اطوال	فز	ل	لح	مه	من اخر الرابع	من جيحون
	قانون	فو	له	لح	م		

Clima $\overline{XXV}$ cognitum est *Chowarezmia.*

Nomina Locorum.	Nomina Auctorum	Longit. Gr.	Longit. min.	Latit. Gr.	Latit. min.	Clima verum.	Clima cognitum.
Corcang' *major.*	*AlFaras.* *AlBirunî.*	84	1	42	17	*in* $\overline{V}$ *Climate.*	in *Chowarezmiâ.*
Jorjaniyah Chowarezmiæ, *h. e.* Corcang' *minor.*	*AlFaras.*	84	5	42	45	*in* $\overline{V}$	in *Chowarezmiâ.*
Cath.	*AlBirunî.* *AlFaras.*	85 84	0 0	41 41	36 36	*in* $\overline{V}$	in *Chowarezmiâ.*
Zamachshar.	*AlFaras.*	84	30	41	45	*in* $\overline{V}$	in *Chowarezmiâ.*
Hazarasb.	*AlFaras.*	85	20	41	10	*in* $\overline{V}$	in *Chowarezmiâ.*
Daraân..	*AlFaras* *AlBirunî* *& alii.*	86	25	40	30	*in* $\overline{V}$	in *Chowarezmiâ.*
Farabr.	*AlFaras* *AlBirunî.*	87 87	30 35	38 38	45 40	*in fine* $\overline{IV}$ *Climatis.*	in *Iihun.*

Descriptio generalis.

Corcang' major.

AUctor *AlMoshtarec*: *Corcang'* nomen duarum in *Chowarezmiã* civitatum, quarum altera *Corcang'* major, hæc scilicet, emporium *Chowarezmiæ* ad ripam *Jihun*: altera *Corcang'* minor, quam describit; hæc vicina est majori, distans $\overline{X}$ milliaria. Anno Hegiræ IↃCXVI. habitata fuit, incolis frequens, & longam plateam continens. *Persis* nominatur *Corcang'*, *Arabibus Al Jorjaniyah*: nomina hæc utrique civitati communia sunt. *Auctor Alkanun*: in occidentali parte *Jihun* sita est.

Corcang' minor.

Auctor AlMoshtarec: *Corcang'* minor, civitas vicina *Corcang'* majori; intervallum $\overline{X}$ milliarium. *Arabibus* nominatur *Al Jorjaniyah*, éstque in occidentali latere *Jihun*.

Cáth.

Cáth] olim metropolis *Chowarezmiæ*, in orientali latere *Jihun* sita. *Auctor Alkanun*: est extima *Chowarezmiæ* civitas ad orientem *Jihun*. *Auctor Al Azizi*: inter hanc, & *Alkariyah Alhadithah* in *Turcarum* regionibus, spacium $\overline{L}$ parasangarum. Præcipuæ civitates *Chowarezmiæ*, *Cáth*, *Corcaniyah*, & *Hazar-Asb*.

Zamachshar.

Auctor Allebab: *Zamachshar* oppidum magnum inter oppida *Chowarezmiæ*. Inde oriundus *Abu Alkasem Mahmudes AlZamachsharæus*, antistes celebris, qui, præter alia scripta eximia, poema composuit.

الاوصاف و الاخبار العامة

كركانج الكبري

قال في المشترك و كركانج اسم لمدينتين بخوارزم و احديهما كركانج الكبري و هي هذه و هي قصبة خوارزم علي ضفة جيحون والاخري كركانج الصغري التي ذكرها و هي مدينة قريبة من الكبري بينهما عشرة اميال قال و كانت في سنة ستماية و ست عشرة عامرة اهلة ذات سوق مستطيل و العجم يقولون كركانج و العرب يقولون الجرجانية و هما اسمان لكل وحدة منهما قال في القانون و هي في غربي جيحون ،

جرجانية خوارزم و هي كركانج الصغري

من المشترك و كركانج الصغري هي مدينة قريبة من كركانج الكبري و بينهما عشرة اميال و العرب يسمونها الجرجانية و هي في غربي جيحون ،

كات

هي قاعدة خوارزم في القديم و كانت في شرقي جيحون قال في القانون كانت بلد خوارزم الاخري و هي شرقي جيحون قال في العزيزي و بينها و بين القرية الحديثة من بلاد الترك خمسون فرسخا قال و من اجل مدينة بلاد خوارزم مدينة كات و مدينة كركانية و مدينة هزار اسب ،

زمخشر

قال في اللباب و زمخشر قرية كبيرة من قري خوارزم منها ابوالقاسم محمود الزمخشري الامام المشهور قال و له مع تصانيفه المشهورة ديوان شعر ،

قال

Hazar Asb. *Auctor Al Ansab*: *Lâhazar Ast*, *Persicè Hazar Asb*, castellum munitum in *Chowarezmiâ*. *Auctor Al Azizi*: ad occidentem *Jihun*; VI parasangæ sunt à Civitate *Hazar Asb* ad civitatem *Cáth*.

Daraán. *Daraán* in extremis *Chowarezmiæ* limitibus, quâ *Maru* spectat. *Auctor Al Azizi*: inter *Daraán* & *Hazar Asb* XXIV parasangæ. Civitas *Daraán* in initio ditionum *Chowarezmiæ* sita est.

Farabr. *Auctor Allebab*: *Farabr* plaga est ei lateri *Jihun* adjacens, quod *Bocháram* contingit. *Auctor Alkanun*: *Farabr* transitus est à *Mawaralnahrá* in *Chorasánam*. *Ebn Haukal*: est è ditionibus *Bocháræ*; regio quidem fertilis, prope *Jihun*, oppidis & incolis frequens. Hanc *Chowarezmiæ* adjunximus ad Tabulam complendam.

هزار اسب قال في الانساب و يقال لهزار است بالفارسية هزار اسف قال و هي قلعة حصينة بخوارزم قال في العزيزي و هي غربي جيحون و من مدينة هزار أسب الي مدينة كاث ستة فراسخ ،

درعان و درعان اخر حدود خوارزم الي جهة مرو و قال في العزيزي و بينها و بين هزار اسب اربعة و عشرون فرسخا قال و مدينة درعان من اول اعمال خوارزم ،

فربر من اللباب فربر بلدة علي طرف جيحون مما يلي بخارا من القانون و فربر المعبر من بلاد ما وراء النهر الي خراسان قال ابن حوقل هي من اعمال بخارا و هي خصبة و قريبة من جيحون و لها قري عامرة و قد ضممنا ها الي خوارزم تتميما للجدول ،،

Sextum & vigesimum Clima cognitum, *Mawaralnahræ* regiones.

Descriptio *Mawaralnahræ*, terrarúmque, quæ ei adjacent, *Turcestanæ*.

Yakut in AlMoshtarec: *Turán* (*scribitur cum Dammá super Te, Waw quiescente, Re puncto destituto, & sequente Alef, & Nun*) nomen est totius *Mawaralnahræ*, h. e. regionum *AlHayatelah*. Confinia *Mawaralnahræ* (nobis nota) ab occasu *Chowarezmiá*, ab austro fluvio *Jihun* (à *Badachshán* ad fines *Chowarezmiæ*) terminantur. *Jihun* enim, ut plurimum, ab ortu in occasum fluit: licèt sint in eo diverticula, quæ modò in orientem, modò in septentrionem, feruntur. Quibus limitibus *Mawaralnahra* ab ortu, & septentrione clauditur, nobis incompertum est. *Ebn Haukal*: *Bocháræ* plures quàm quindecim sunt vici suburbani, universi muro incincti: extra murum etiam plurimæ [sub ejus ditione] civitates; scilicet *Farabr*, aliæque. Mons *Bocháræ* proximus *Warkah* appellatur. Ad *Bocháram* multa loca amœna extra murum accensentur. Lignum *Bocháræ*, vel ex hortis, vel è deserto, advehitur: videlicet lignum *algaddæ*, & tamariscorum. Agri *Bocháræ* aquis *AlSogd* irrigantur. *AlSogd* ei à parte orientali annectitur. *Auctor Allebab*: Zush

السادس و العشرون من الاقاليم العرفية
و هو بلاد ما وراء النهر

ذكر ما وراء النهر و ما اضيف اليها من
بلاد تركستان

قال ياقوت في المشترك توران بضم المثناة من فوق و
سكون الواو و ثم راء مهملة و الف و نون قال و
هو اسم لمجموع ما وراء النهر و هي بلاد الهياطله والذي ظهر
لنا في تحديد ما وراء النهر انه يحيط بها من جهة الغرب
حدود خوارزم و من الجنوب نهر جيحون من لدن
بدخشان الي ان يتصل بحدود خوارزم فان جيحون في
الجملة يجري من المشرق الي المغرب و ان كان تعرض
فيه عطفات تجري جنوبا مرة و شمالا اخري و اما حدود ما وراء
النهر من الشرق و الشمال فلم يتضح لي قال ابن حوقل
و رساتيق بخارا تزيد علي خمسة عشر رستاقا جميعها داخل
الحايط المبني علي بلادها و لها خارج الحايط ايضا عدة
مدن منها فربر و غيرها و اقرب جبل الي بخارا يسمي
وركه و لبخارا خارج الحايط ملاحات و حطب بخارا من
البساتين و ما يجلب اليها من المفاوز مثل حطب الغضا و
الطرفا و اراضي بخارا مفيض ماء السغد و يتصل ببخارا السغد
من شرقها قال في اللباب و زوش بضم الزاي المعجمة ثم واو و
شين

(··) oppidum *Bocháræ*; inde denominatio *Zuſhi*.

Cabudhanjaceth eſt in regionibus *Mawaralnahræ*. *Auctor Allebab*: (··) *Cabudhanjaceth* civitas in [provinciâ] *Samarkandâ*; inde multi viri eruditi denominati ſunt. *Ebn Haukal*: hæc eſt ſuburbana provincia, vicis, & arboribus plena. Civitas *Cabudhanjaceth* eſt ad auſtrum provinciæ ſuburbanæ, & hæc ad ſeptentrionem *AlSogd*.

Nur eſt civitas *Mawaralnahræ*. *Auctor Allebab*: (··) Vrbecula eſt *Mawaralnahræ*, inter *Bocháram* & *Samarkandam*, non longè à monte. Loca illîc ſacra ſunt religionis cauſâ frequentata. Denominatio inde fit *Nuri*.

Deſcriptio aliquot diſtantiarum.

A *Samarkandâ* ad *Chojandah* VII ſtationes, à *Chojandah* ad *AlSháſh* IV ſtationes.

Sogd, è provinciis *Samarkandæ* ſubjectis, recenſetur inter loca totius mundi amœniſſima: ea ſunt *Sogd Samarkandæ*, *Gautah Damaſci*, *Nahr AlAblah* prope *alBaſram*, & *Shaab Bowan* in *Perſiâ*. *Ebn Haukal*: *Sogd*, amœniſſimus è quatuor locis commemoratis, eſt in *Mawaralnahrâ*. *Vallis* enim *AlSogd* VIII dierum itinere, à limitibus *Bocháræ* ad confinia *AlBotom* exporrecta, prata viridia, & hortos continuos complectitur. Horti à fluviis

شين معجمة و هي قرية من قري بخارا و النسبة اليها روشي ،

و من بلاد ما وراء النهر كبودنجكث من اللباب بفتح الكاف وضم البا الموحدة و سكون الواو و فتح الذال المعجمة و سكون النون و فتح الجيم و الكاف و في اخرها ثا مثلثة قال في اللباب و كبودنجكث مدينة من مدن سمرقند نسب اليها جماعة من اهل العلم قال ابن حوقل و هو رستاق مشتبك القري و الاشجار و مدينة كبودنجكث علي ظهر رستاق و هو شمالي السغد و من مدن ما وراء النهر نور من اللباب بضم النون و سكون الواو و في اخرها را مهملة و هي بليدة بين بخارا و سمرقند عند جبل بها زيارات و مشاهد نزار و النسبة اليها نوري ،

ذكر شي من المسافات

من سمرقند الي خجندة سبع مراحل و من خجندة الي الشاش اربع مراحل و من مضافات سمرقند سغد سمرقند و هو احد منتزهات الدنيا و هي سغد سمرقند و غوطة دمشق و نهر الابلة عند البصرة و شعب بوان بفارس قال بن حوقل و سغد سمرقند بما وراء النهر و هو اذرة الاربع المذكورات قال لان وادي السغد من حد بخارا ممتد الي حد البتم نحو مسيرة ثمانية ايام و هي مشتبكة بالخضرة و البساتين لا ينقطع ذلك في موضع منه و قد حفت تلك البساتين بالانهار

perpetuò irriguis terminantur. Vltra prata, utroque [fluvii] latere arva sunt, & ultra arva, animalium liberè vagantium pascua. *Nullibi gentium arbores pulchriores, aut amœniores. *Samarkanda* in valle *AlSogd* sita est, cujus initium plus XX parasangis supra *Samarkandam.* Fluvius *AlSogd*, ubi duabus, plus minus, diætis à *Samarkandâ* defluxerit, in ramos dividitur: è quibus est fluvius *Kai*, qui medium *AlSogd* præterfluens, in infinitos rivos derivatur. Præter fluvium *Kai*, alii etiam canales de *AlSogd*, ad cujusque civitatis & oppidi terminos, ducuntur, donec ad *Bocháræ* confinia perventum sit. *Ebn Haukal*: aquæ *Samarkandæ*, & *AlSogd*, & *Bocháræ*, è montibus *AlBotom* scaturiunt.

* *Arab. ad verbum*: Hæc pulcherrima, & amœnissima est terrarum Dei, quoad arbores.

AlBotom est in regionibus *Mawaralnahræ*: tractus excelsis & præruptis montibus, eisque frigidissimis, oppida nonnulla continens. *Ebn Haukal*: in montibus *AlBotom* spelunca est, cujus spiraculis occlusis vapor in eâ densus exoritur, noctu ignem, interdiu fumum referens, & hoc est *AlNushader* [*Sal Ammoniacum.*] Nemo tutò poterit cavernam ingredi, nisi vestimentis crassis, corporíque astrictis cooperiatur, & confestim inde *AlNushader* auferat. Vapor de loco in locum movetur, quem, donec apparuerit, fodiendo consequuntur. Si nullus fuerit fornix, qui dilatationi vaporis impedimento sit, accedentem non lædit.

Chawos paululum supra *Samarkandam*, ejúsque ad ditionem spectans. *Auctor Allebab*: *Chawos* (··)

بالانهار الدايم جريها و من وراء الخضرة في الجانبين مزارع و
من ورا المزارع مراعي السوايم قال و هي ازكي بلاد الله و احسنها
اشجارا قال و سمرقند علي وادي السغد و اول وادي السغد
عن سمرقند علي اكثر من عشرين فرسخا فاذا جاوز
وادي السغد سمرقند بمرحلتين يتشعب فيكون منه نهر
يسمي نهر قي و هو قلب السغد ثم يتشعب من نهر قي انهار
لا تحصي و يتشعب بعد نهر قي من وادي السغد انهار علي
امتداده بحد كل بلدة و رستاق حتي ينتهي الي حد
بخارا قال ابن حوقل و مياه سمرقند و السغد و بخارا اصلها
من جبال البتم ،
و من كور ما وراء النهر كورة البتم و هي كورة ذات
جبال شاهقة منيعة و الغالب عليها شدة البرد و بها قري اهلة
قال ابن حوقل و في جبل من بعض جبال البتم غار
ويستوثق من ابوابه و كواه فيجتمع في ذلك البيت من
الغار بخار يشبه النار بالليل و الدخان بالنهار و يتلبد
ذلك البخار و هو النوشادر و لا يتهيا لاحد ان يدخل ذلك
البيت الا ان يلبس لبودا ويربطها و يدخل بسرعة و ياخذ
من النوشادر قال و هذا البخار ينتقل من مكان الي
مكان فيحفر عليه حتي يظهر و اذا لم يكن عليه البيت
ليمنع من التفرق لم يضر من قاربه ،
و من عمل سمرقند و فوقها خاوص قال في اللباب هي
بخا معجمة و الف و ضم الواو و في اخرها صاد مهملة قال و هي
بليدة

urbecula ſupra *Samarkandam*. *Ebn Cordádhabah*: à *Chawos* ad *Ramin* in deſerto VII paraſangæ, & à *Chawos* etiam ad *Chuſhcat* in deſerto IX paraſangæ. *Chuſhcat* eſt ſuper ripam fluvii *AlShaſh*.

AlSogd è præcipuis regionibus *Mawaralnahræ*. *Auctor Allebab*: (··) unus è locis terrarum orbis, de quibus antè dictum, amœniſſimis. *Ebn Haukal*: prima civitas in *AlSogd* eſt *AlDabuſiyah* ſub ditionibus *Bocháræ*, deinde *Arbenjan*, pòſt *AlCaſhaniyah*, & *Aſhtichan*, & *Samarkanda* emporium *AlSogd*. *Vallis AlSogd* in ortum & occaſum expanditur. Inter oppida *AlSogd* recenſetur *Choſhufagn*. *Auctor Allebab*: *Choſhufagn* (··) oppidum è majoribus *AlSogd*, omni rerum copiâ affluens, nunc nominatur * *Ras AlKantarah*.

* h. e. *Caput pontis.*

Sarmanjan (*Auctore Allebab*) (··) plaga eſt in tractibus *Tarmed*; *Perſicè* nominatur *Jarmancan*.

Wadhara eſt in *Mawaralnahrâ*. *Auctor AlAnſab*: (··) *Wadhara* urbs magna, caſtello, & templo auguſto ornata, IV paraſangis à *Samarkandâ* diſtat. Ad urbem, inquit, ad audiendum ejus concionatorem accedens, cum eo noctem illîc unam commoratus ſum.

بليدة فوق سمرقند قال ابن خرداذبه و من خاوص الي
رامين مفازة سبعة فراسخ و من خاوص ايضا الي خوشكت
في مفازة تسعة فراسخ و خوشكت علي شط نهر الشاش ،

من اشهر كورما وراء النهر السغد في اللباب بضم
السين المهملة و سكون الغين المعجمة و في الاخر دال
مهملة قال و يقال الصغد بالصاد ايضا و هو احد منتزهات
الدنيا الاربع و قد يقدم ذكرها قال ابن حوقل و اول مدن
السغد الدبوسية من اعمال بخارا ثم اربنجن ثم الكشانية
و اشتيخن و سمرقند و هي قصبة السغد و وادي السغد يمتد
شرقا و غربا و من قري السغد خشوفغن قال في اللباب و
خشوفغن بضم الخا و الشين المعجمتين و فتح الفاء و
سكون الغين المعجمة و في اخرها نون قال و هي قرية
من قري السغد كبيرة كثيرة الخير و هي الان يقال لها
راس القنطرة ،

ومن نواحي ترمد صرمنجان قال في اللباب بفتح
الصاد و سكون الراء المهملتين و فتح الميم و سكون
النون و جيم و الف و نون و هي ناحية من نواحي ترمد
يقال لها بالعجمية جرمنكان ،

و من بلاد ماوراء النهر وذار من الانساب بفتح الواو و
الذال المعجمة و في اخرها راء مهملة قال و وذار بلدة كبيرة
بها حصن و جامع و هي علي اربعة فراسخ من سمرقند قال
خرجت اليها للسماع من خطيبها وبت عنده ليلة بها ،

و

و منها بزدة من كتاب الاطوال انها حيث الطول قط له
و العرض لج مة من اللباب بفتح الباء الموحدة و سكون
الزاي المعجمة و دال مهملة و ها قال و بزدة قلعة حصينة
علي ست فراسخ من نخشب ،

و من مدن ماوراء النهر مايمرغ من اللباب بفتح الميم
و سكون الالف و سكون المثناة التحتية و فتح الميم الثانية
و سكون الرآء المهملة و في اخرها غين معجمة قال و هي
قرية كبيرة علي طريق بخارا من نواحي نخشب و مايمرغ
ايضا قرية سمرقند و مايمرغ ايضا موضع اخر علي طرف جيحون ،

و من بلاد فرغانة مرغنان من اللباب بفتح الميم و
سكون الرآء المهملة و كسر الغين المعجمة و نون و
الف و نون ثانية و هي من مشاهير بلاد فرغانة قال ابن
حوقل و هي من نسا السفلي ،

و من تلك البلاد اندكان قال في المشترك بفتح
الهمزة و سكون نون وضم الدال المهملة ثم كاف و الف
و نون قال و هي قرية من اعمال فرغانة قال ابن حوقل
و بجبال فرغانة معادن الذهب و الفضة و بناحية نسا العليا
زفت و في تلك الجبال يخرج النفط و الفيروزج و الحديد
و الصفر و الانك و لهم حجارة سود تحترق كما يحترق
الفحم يباع ثلث اوقار منها بدرهم و اذا احترق اشتد رماده
و يستعمل ،

و من نواحي ماورآ النهر خديسر من اللباب بضم الخاء
المعجمة

Bazdah est in *Mawaralnahrâ*. *Liber Longitudinum*: Longitudo ejus LXXXIX gradus, XXXV minuta. Latitudo XXXVIII gradus, XLV minuta. *Auctor Allebab*: (..) *Bazdah* castellum munitum, VI circiter parasangas à *Nachshab*.

Maimarg inter *Mawaralnahræ* civitates recensetur, *Auctor Allebab*: (..) oppidum magnum est in viâ, quæ ducit ad *Bocháram* à tractibus *Nachshab*: *Maimarg* etiam oppidum *Samarkandæ*, & *Maimarg* etiam locus alius juxta ostia *Jihun*.

Margenan est in terris *Fargánæ*. *Auctor Allebab*: [*Margenan*] (..) est è præcipuis regionibus *Fargánæ*. *Ebn Haukal*: ad *Nisam* inferiorem pertinet.

His terris accensetur *Andocán*. *Auctor Almoshtarec*: oppidum est in ditionibus *Fargánæ*. *Ebn Haukal*: in montibus *Fargánæ* auri, & argenti, fodinæ reperiuntur, & in tractu *Nisæ* superioris pix. His etiam è montibus *Naphtha*, & * *Alfairuzag*, & ferrum, & æs, & plumbum, effodiuntur. Lapides etiam nigros habent, qui instar carbonum ardent: tria plaustra drachmâ venduntur. Favillæ eorum accensæ sunt intensè calidæ; eis utuntur.

* Lapis vulgò *Turcois* dictus.

Chodaisar est è regionibus *Mawaralnahræ*. *Auctor Allebab*: (..)

المعجمة و فتح الدال المهملة و سكون المثناة التحتية و
فتح السين المهملة و في اخرها راء مهملة قال في اللباب و
خديسر من ثغور من سمرقند من اعمال اسروشنة قال
ابن حوقل و رباط خديسر من الربط المشهورة ،

و من مدن ماوراء النهر بارسكث و هي من مدن
الشاش من اللباب بفتح البآ الموحدة و كسر الرا و سكون
السين المهملتين وفتح الكاف و في آخرها ثاء مثلثة ،

و من مدن ماوراء النهر بدخكث و هي من بلاد
الشاش و قيل من اسفيجاب من اللباب بضم الباء الموحدة
و فتح الدال المهملة و سكون الخاء المعجمة و فتح الكاف
و في اخرها ثا مثلثة ،

و من تلك البلاد بسكت من اللباب بكسر البآء
الموحدة و سكون السين المهملة و فتح الكاف و في
آخرها تاء مثناة من فوقها قال و هي بلدة من بلاد الشاش
خرج منها جماعة من العلماء ،

و من مدن تلك البلاد خرشكت من اللباب بفتح
الخاء المعجمة و الراء المهملة وسكون الشين المعجمة و فتح
الكاف و في اخرها تاء مثناة فوقية قال و هي من بلاد
الشاش ،

(··) est in limitibus *Samarkandæ* inter ditiones *Osrushnah*. *Ebn Haukal*: suburbanum *Chodaisar* celeberrimum est.

Barescath est é civitatibus *Mawaralnahræ*, quæ sunt in *AlShash*. (··)

Bodachcath è civitatibus *Mawaralnahræ*, quæ in *AlShash*; aliqui dicunt in *Esfijab*. (··)

Bescat est in his terris. *Auctor Allebab*: (··) civitas est *AlSháſh*, è qua multi viri eruditi prodierunt.

Caraſhcat è ciuitatibus harum regionum. *Auctor Allebab*: (··) in terris *Al Sháſh*.

Clima XXVI cognitum

Regiones Mawaralnahræ.

Nomina [Locorum.]	Nomina Auctorum	Longit. Gr.min.	Latit. Gr.min.	Clima verum.	Clima cognitum.
Bochára.	*AlBirunî.* *AlFaras.* *Ptolemæus.*	87 30 87 50 87 20	39 30 39 20 37 50	*in* V *Climate.*	*Inter metropoles Mawaralnahr æ.*
AlKariyah. AlJadidah. *h.e.* Yangi Cant. [*villa nova.*]	*AlFaras.* *AlBirunî.*	87 30 78 30	47 0 44 0	*in* VI.	*In Turcestanâ.*
Jand.	*AlFaras.* *Alij.*	87 45	47 0 43 30	*in* VI.	*In Turcestanâ.*
AlTawáwis.	*AlFaras.* *AlBirunî.*	87 40 87 50	39 30 39 30	*in* V.	*E civitatibus Bocharæ intra murum.*
Bicand.	*AlBirunî.* *AlFaras.*	86 30 87 50	39 0	*in initio* V.	*E civitatibus Bocharæ intra murum; nunc diruta est.*
Carmínah.	*AlFaras.* *AlBirunî.*	88 0 87 55	39 30 39 40	*in* V.	*E civitatibus Bocharæ; inter Bocharam & Samarkandam.*
Dabusiyah.	*AlFaras* *AlBirunî.*	88 55 88 0	39 40 39 50	*in* V.	*E civitatibus Bocharæ; inter Bocharam & Samarkandam.*

السادس و العشرون من الاقاليم العرفية
و هو بلاد ما وراء النهر

الاسماء	اسماء المنقول عنهم	الطول درج دقايق	العرض درج دقايق	الاقليم الحقيقي	الاقليم العرفي
بخارا	قانون اطوال رسم	فز ل فز ن فز ك	لط ل لط ك لز ن	من الخامس	من قواعد ما وراء النهر
القرية الجديدة و هي ينغي كنت	اطوال قانون	فز ل عح ل	مز ج مد ز ج	من السادس	من تركستان
جند	اطول و قيل	فز مة	مز ج مج ل	من السادس	من تركستان
الطواويس	اطوال قانون	فز م فز ن	لط ل لط ل	من الخامس	من مدن بخارا داخل الحايط
بيكند	قانون اطوال	فز ل فز ن	لط ج	من الخامس	من مدن بخارا داخل الحايط وقد خربت
كرمينة	اطوال قانون	فح ج فز نة	لط ل لط م	من الخامس	من مدن بخارا بينها و بين سمرقند
دبوسية	اطوال قانون	فح نة فح ج	لط م لط ن	من الخامس	من مدن بخارا بينها و بين سمرقند

Regiones Mawaralnahræ.

Nomina [Locorum.]	Nomina Auctorum	Longit. Gr.	Longit. min.	Latit. Gr.	Latit. min.	Clima verum.	Clima cognitum.
Nachſhab *h. e.* Naſaf.	*AlFaras.*	88	40	39	0	*In initio* I. *Clim.*	*E civitatibus Mawaralnahræ.*
	AlBirunî.	88	0	39	50		
Caſh.	*AlFaras.*	89	30	39	30	*In* V.	*E civitatibus Mawaralnahræ.*
	AlBirunî.	88	10	39	50		
Aſhtíchan.	*AlFaras.*	88	30	39	55	*In* V.	*In Sogd Samarkandæ.*
	AlBirunî.	88	55	39	25		
Samarkand.	*AlFaras.*	89	0	40	0	*In* V.	*Inter metropoles Mawaralnahræ.*
	AlBirunî.	88	20	40	0		
	Ptolemæus.	89	30	37	30		
Coſhaniyah.	*AlFaras.*	88	20	39	50	*In* V.	*In Sogd Samarkandæ.*
Arbenjan.	*AlFaras.*	88	25	39	50	*In* V.	*In Sogd Samarkandæ.*
Farab.	*AlFaras.*	88	30	44	0	*In* VI.	*In regionibus Turcarum.*
	AlBirunî.						

بلاد ما وراء النهر

الاسماء	اسماء المنقول عنهم	الطول درج	الطول دقايق	العرض درج	العرض دقايق	الاقليم الحقيقي	الاقليم العرفي
نخشاب وهي نسف	اطوال	فح	م	لط	ج	من اول الخامس	من مدن ماوراء النهر
	قانون	فح	ج	لط	ن		
كش	اطوال	فط	ل	لط	ل	من الخامس	من مدن ما وراء النهر
	قانون	فح	ي	لط	ن		
اشتيخن	اطوال	فح	ل	لط	نه	من الخامس	من سغد سمرقند
	قانون	فح	نه	لط	كه		
سمرقند	اطوال	فط	ج	م	ج	من الخامس	من قواعد ما وراء النهر
	قانون	مح	كه	م	ج		
	رسم	فط	ل	لز	ل		
كشانية	اطوال	فح	ك	لط	ن	من الخامس	من سغد سمرقند
ارينجن	اطوال	فح	كه	لط	ن	من الخامس	من سغد سمرقند
فاراب	اطوال	فح	ل	مد	ج	من السادس	من بلاد الترك
	قانون						

Regiones Mawaralnahræ.

Nomina [Locorum.]	Nomina Auctorum	Longit. Gr.	Longit. min.	Latit. Gr.	Latit. min.	Clima. verum.	Clima cognitum.
Zámin.	*AlFaras.*	89	40	40	30	*in* V. *Climate.*	In ditionibus *Osrushnah.*
	AlBirunî.	89	0	40	20		
Timurus (*referente* Chondemiro) *tempore quo obiit, triginta & sex filios ac nepotes reliquit superstites. Quatuor ejus filios recenset* Daulatshâh, وقصر سلطنت اورا چهار ركن استوار بوده كه عبارت از ان چهار شاهزاده كه از صلب مبارك او اند چون جهانگير سلطان وعمر شيخ سلطان وميرانشاه كوركان وشاهرخ بهادر Palatium imperii ejus quatuor fulcimentis firmatum est, intelliguntur sc. quatuor Regis filii qui è benedictis ejus lumbis prodierunt, sicuti Gjihân-GhîrSultân, Omer SheichSultân, Mirân-ShâhGhurghân, & Shâhruch Bahâdur. *Shâh ut suprà dixi est* Rex; *&* رخ *Ruch est* Dromas *vel* Dromadarius, *quem, unâ cum* فيل *Phîl* Elephante *&* فرس *Pharas* Equo, *in* Schaccorum *ludum introducunt Orientales: in hoc sensu Shâhruch esset* Regius Dromas, *quasi cum animali pernicissimo comparatus fuerit. Quoniam verò tale nomen vix censeatur splendori regio competere posse,* رخ *Ruch significat etiam* Genam, *adeò ut Shahruch sit* Regia gena, *quasi pater ejus Vultum suum atque Corculum ipsum appellaverit. Bahâdur ut suprà dictum est, Turcicè ac Tataricè* Strenuum *&* Magnanimum *denotat. Hic fuit* Ulugh Beighi *pater, cujus Nativitatem, Imperium, & Mortem narrat* Daulatshâh, ولادت مبارك شاهرخ سلطان چهاردهم ربيع الاول سنه تسع وسبعين وسبعمايه بوده در بلده محفوظه سمرقند هفتاد ويكسال عمر يافت وهفت سال بروزكار پدر در پادشاه در خراسان وچهل وسه سال بعد از پدر باستقلال در ممالك ايران وتوران ودر بار هند وترك سلطنت كرده ودر شهر ذي الحجه الحرام سنه خمسين وثمانمايه روز دوروز چاشتگاه در فشاروه من اعمال ري بجوار رحمت ايزدي واصل شد Fausta nativitas 78 Shâhruch Sultân fuit 14to mensis Rabiæ prioris, anno 779, in tutissimâ urbe Samercand. Septuaginta ac duos annos vixit: per septennium tempore patris sui regnavit in Chorasân: & 43 annos post Patrem, Principatum tenuit in Regnis Irân & Turân, (i. *Perside ac Tartariâ,*) & in Regionibus Indiæ ac Turciæ. Et tandem sacro mense Dilhígja, anno 850, die Nevrûz, circa prandendi tempus, in *oppido*

Pha-

Phashárud ex Ditione *urbis* Rei, in clientelam divinæ misericordiæ ingressus est. Abu Mohammed Mustapha *eum tantùm 71 annos vixisse, & anno 850 mortuum ac sepultum fuisse dicit in ipsâ urbe* Rei. Shahrûcho *nati sunt 7 filii ex sententia* Chondemîri; *juxta alios sunt tantùm quinque: horum natu maximus fuit* Ulugh Beigh, *i.e.* Magnus dominus *vel* Princeps, *qui fuit à* Timûro *tertius: sic enim in Præfatione ad opus suum Astronomicum ipse sui ipsius genealogiam tradit* الغ بيك بن شاهرخ بن تيمور كوركان Ulugh Beigh filius Shahruch filii Timûr Ghurghân. *Apud* Chondemîrum *& alios nomini ejus ferè semper præponitur* امير زاده *vel contractè* ميرزا *quod* Principe genitum *denotat: hic enim Titulus solis Regum ac Principum filiis competere solet. Et sæpè nomini ejus adjungitur avitum Epitheton* Ghurghân, *cujus explicatio suprà adducitur. Tempus nativitatis ejus memoratur in Libro* ظفر نامه *Zepher Nâme,* ولادت امير زاده الغ بيك روز يكشنبه نوزدهم جمادى الاول سنه هفتصد و نود و شش مطابق فروردي ماه جلالي Nativitas Emirzâde-Ulugh Beighi fuit feriâ primâ; (*i. die Solis*) decimo Gjomâdi prioris, anno 796, qui mensi Phervardin (*i. Martio*) Gjelalæo respondet. *Apud* Chondemîrum *est plenior narratio, ubi natus perhibetur in Castello* Sultaniæ, *quæ est urbs juxta Tabulas Geographicas* Ulugh Beighi *&* Nasir Tusæi *sita ad Longitudinem 84 graduum cum 5 minutis, et ad Lat. 36 grad. cum 29 min. in Climate quarto. Addit præterea Nomen proprium fuisse* Mohammed Taragâi, *& Cognomen* Ulugh Beigh. *Ipsa laudati authoris verba habe,* در روز يكشنبه نوزدهم جمادى الاول سنه مذكوره حضرت واهب العطايا امير زاده شاهرخ را در قلعه سلطانيه بپسري خورشيد منظر كرامت فرموده واين خبر در ظاهر مارديين بعرض صاحب قران رسيده ان مولود مسعود مقدم بمحمد تراغاي و ملقب بالغ بيك كردند Feriâ primâ, anno jam pridem memorato (i. سنه ست وتسعين anno 96 [illegible]) Dominus donorum Dator in Castello Sultaniæ Emirzâde-Shahrûcho largitus est filium splendenti instar Solis vultu præditum. Hujus rei nuntius ad Sahib-Kirâni Castra extra urbem Mardîn pervenit, & natum istum benedictum præno-

minârunt

minârunt Mohammed Taragâi, cognominarunt verò Ulugh Beigh.

Potentissimus iste Princeps circa annum Hegiræ 810, *rerum potitus est citra flumen* Gjihun *in Regnis* Chorasân *ac* Mazenderân: *namque celeberrimus Persarum Historiographus* Chondemîr *de Principe* Sâîdo *& Regno* Mazendêrân *sermonem instituens, sic pergit* ومیرزا الغ بیك كوركان را كه حاكم بعضي از ولايات خراسان ميزبون انجا والي ساخت Et Mirzam Ulugh Beighum (qui præfectus aliquot Regionibus Chorasanæ etiam fuit) ibi, *sc. in Mazenderân,* præfecit *Sâîdus. Et circa annum* 812 *apud eundem authorem fit mentio dominii ejus ultra flumen* Gjihun *in Regnis* Turkistaniæ *ac* Mawaralnáhræ, i. *Transoxianis,* وحضرت خاقان سعيد بجانب خراسان باز گشت زمام ولايت تركستان و ماوراالنهر را در قبضه اقتدار ميرزا الغ بيك نهاد Et dominus Chakân Sâîd ad oras Chorasânæ reversus, habenas regionum Turkistaniæ ac Mawaralnáhræ in potestatem Mirza-Ulugh-Beighi regendas posuit. *Et dicit* Daulatshâh, *eum regnâsse tempore patri suis* 40 *annis in* Samercand. Citra *vel* Ultra Gjihun *sic dicitur respectu situs Persidis.*

At celsus iste animus etsi in summo rerum Fastigio esset constitutus, tamen in pulverem Mathematicum descendere non dedignatus est, & ut ipse dicit بتوزع بال وتكرر اشغال Inter distractiones animi & repetita regni negotia administranda, *ad subtiliora in Scientiis investiganda se applicuit, eo animo armatus, quòd* من طلب شيا وجد وجد quicunque rem aliquam sectatur, si summo studio nititur, eam tandem assequetur. *Et hoc quidem ut non solùm Princeps, sed & Doctus audiret, & qualis esset indicarent Monumenta quæ post se relicturus erat, ut in Præfatione suâ monet* ان اثارنا تدل علينا Vestigia (i. *Monumenta*) nostra indicabunt quales fuerimus. *Et hoc modo sibi nomen propagare studens, exquisitissimum opus Astronomicum* (*cujus partem jam damus*) *concinnavit, quod in futura secula ut perenne sui Monumentum posuit. Plura de eo referentem audias* Abu Mohammed Mustapham, وكان ملكا عادلا عالما كاملا خصوصا في الرياضيات محبا للعلم واهله و معظما للفقرا والعلما و مقربهم اليه وكان اكثر اوقاته في مطالعة الكتب واطلع بسبب ذلك علي علوم كثيرة وحفظ شي كثير من الكتب وقد

بني

بني في بلدة سمرقند مدرسة لطيفة بديعة الطرز كبيرة القدر عالية القباب
وبالجملة هي من محاسن الدنيا وهو الذي اخرج الرصد الغ بك المتداول
بين الناس اليوم وصرف عليه اموالا كثيرة وكان باشره اولا الفاضل غياث
الدين جمشيد ثم توفي قبل الاتمام ودفن بقرب من الرصد المذكور ثم باشره
العلامة الفاضل قاضي زاده الرومي وتوفي هو ايضا قبل ان يتم وباشره العالم
الكامل علاء الدين القوشي السمرقندي وكتب الزيج بديع النافع المتداول
من ذلك الزمان الي زماننا وكان الغ بك كوركان تملك في عهد ابيه
بسمرقند وجمع ماوراء النهر مدة اربعين سنة ولم يزل يربي العلماء والفضلاء
في هذه المدة الي ان اجتمع عنده من ارباب الفضل والمعرفة ما لم يجتمع في زمان
ملك قبله Fuit autem Rex Justus, Doctus, Perfectus, præsertim in Mathematicis: scientiam & ejusdem cultores dilexit, pauperes ac doctos magni fecit & ad se recepit. Porrò majorem partem temporis sui in lectione librorum insumpsit; quâ ratione multas scientias adeptus est, résque plurimas ex illis libris memoriâ retinuit. Prætereà, in urbe Samercandâ Gymnasium celeberrimum, ornatu mirandum, mole maximum, & testudineato opere celsissimum extruxit; quod ut rem paucis complectar, inter maxima mundi ornamenta recenseturr. Ipse idem est qui Observationes Ulugh-Beghicas quæ hodiè inter homines teruntur, edidit; multasque in eisdem faciundis opes impendit. Operam cum eo navavit primò, excellentissimus ille Gijâth-eddîn Gjimshîd, qui tamen mortuus est priùs quàm Observationes absolverentur, & haud procul à dicto Observatorio sepultus est. Deinde cum eo operam collocavit doctiss. & præstantissimus Cadizâde Rumæus, qui etiã mortuus est ante completionem operis. Postremò, hoc negotiũ cũ eo obivit doctiss. & exquisitissimus Alâ-eddîn AlKushi (*meliùs AlKushgji*) Samercandensis, quando sc. scripsit utilissimas illas Tabulas Astronomicas quæ ab eo seculo ad nostrum usque tempus manibus teruntur. Et Ulugh Begh Ghurghân regnavit tempore patris sui in Samercand & totâ Mawaralnâhra spatio quadraginta annorum. Et non destitit ab alendo Doctos ac Excellentes eo tempore, usque dum ipsi adjungerentur plures excellentiâ ac scientiâ præstantes, quàm ullorum

ullorum unquam præcedentium Regum temporibus confluxerant. *Omnium autem plenissimam narrationem adduxit* Daulatshâh Samercandensis *in Historiâ virorum illustrium Persicè*, بادشاه عالم عادل قاهر صاحب همت بوده در عالم مرتبه عالي
يافت و در معاني مو مي شكافت درجه عالمان بعهد او فزوه اعلي
بوده و فضلا را بدور او مراتب عظمي در علم هندسه دقايق دما و در مسايل
هيئت محيطي كشا بوده وفضلا و حكما متفق اند كه بروز اسلام بلكه ازعهد
ذي القرنين تا اين دم بادشاهي بحكمت و علم مثل الغ بيك كوركان بر
مستقر سلطنت قرار نيافته در علوم رياضي وقوفي تمام داشته چنانكه رصد
ستاركان بست باتفاق حكماء عهد چون مفخر الحكما و العلما قاضي رومي
ومولانا غياث الدين جمشيد وان دو بزرك فاضل انكار باتمام تارسيده وفات
يافتند همكي همت بر اتمام ان كار كماشته باقي رصد را باتمام رسانيد
وزيج سلطاني اخراج نموده خطبه بنام خود نوشت و اليوم درن حكما ان زيج
متداول ومعتبر است وبعضي اذرا بر زيج نصيري ايلخاني ترجيح ميدهند
ودر خطه سمرقند مدرسه عالي بنا فرمود كه در اقاليم دربنيت ورتبت ان
مدرسه نشان نميدهند و اليوم دران مدرسه عالي زياده از صد نفر طالب علم
متوطن وموظف اند، حكايت كنند كه فراست و قوت حافظه ان بادشاه
تا حدي بود كه هر جانوري كه اندا ختي وان جانور هر شكاري كه
كردي تاريخ انرا ضبط داشت بر نسخه نوشتندي كه بچه روز بوده وز
كدام فصل واز جانوران چه جانور صيد شده از قضا ان كتاب ضايع شد و
چند انكه طلب كردند ان كتاب را نيافتند مستحفظان كتاب خانه ترسان
شدند بادشاه فرمود غم مخوريد كه تمام ان قضايا را من اوله الي اخره بيان
دارم وكتاب طلب فرمود و بادشاه ميكفت ان تواريخ و قضايا را و كاتبان
كتابت ميكردند تا ان دفتر باتمام رسيد قضا را بعد از مدتي نسخه اول
پيدا شد هر دو نسخه را با هم مقابله كردند اختلاف جز جهار موضع نيافتند
Rex Sapiens, Justus, وازين نوع دوان راز طبع و ذهن انحضرت فراوان نقل كرده اند
Victoriosus ac Prudens fuit, qui in mundo celsum gradum obtinuit, rerúmq sensu pilum findere potuit. In ipsius seculo doctorũ virorũ gradus in summa suâ abside positus fuit, & excellentibus viris in tempore ejus dignitates maximæ conrigerunt.

runt. In Scientiâ Geometriæ subtilissima præstitit, & in Quæstionibus de Theoricis occlusa reseravit: Adeò ut viri præcellentes ac sapientes unanimiter consentiant quòd in diebus Islamismi, imò à tempore Dilkarnain ad hoc usque momentum, nullum Regem sapientiâ ac scientiâ Ulugh-Beigh-Ghurghâno parem in sede principatûs fuisse collocatum. In scientiis Mathematicis plenam cognitionem adeptus est: & Observationes Stellarum concinnavit cum consensu sapientûm sui temporis, qualis erat Gloria sapientûm & doctorum Câdi Rumæus, & Mulanâ Gijâth-eddîn Gjimshîd: hi autem viri magni & excellentes, opere nondum absoluto, fato cessêre. Totâ verò curâ in completionem illius operis intentâ, quod reliquum erat de Observationibus ad finem perduxit, & Tabulas Sultanicas (i. *Regias*) edidit cum Præfatione suo nomine conscriptâ. Et hodiè quidem illæ Tabulæ manibus versantur & multùm æstimantur: imò quidam sunt qui Tabulis Nasiræis Ilchanicis præferunt. Porrò intra præcinctum Samercandæ Gymnasium sublime extrui jussit, quale, hâc structurâ ac ordine, Gymnasium cætera Climata non ostendunt. Et hodie in hoc Gymnasio sublimi plures quàm centum personæ studiis incumbentes aluntur. Narrant hujus Regis solertiam & facultatem retentricem tantam fuisse, ut omnis animalis quod prostraverit, & cujusvis temporis quo illud animal venatus est, æram in memoriâ tenuerit. Idque libro inscripserunt, scilicet quâ die, quo loco, & de animalibus quodnam animal venando captum fuerat. Casu, iste liberamissus est, & quantumvis illum quæsierint, non tamen invenerunt: ideóque Custodes Bibliothecæ maximè sibi metuebant. Rex verò præcepit, Anxietatem ne devorate, [i. *Ne angimini*,] gesta enim omnia ab initio ad finem memoriâ teneo. Alium itaque librum afferri jussit, ubi æras ac res gestas Scribæ, Rege dictante, inscripserunt; donec ille liber completus esset. Fato autem, post aliquantulum temporis prius exemplar repertum est: & hisce exemplaribus invicèm collatis, discrepantiam non nisi in quatuor locis invenerunt. Atque hoc modo pauca ex multis de ingenio ac solertiâ ipsius Majestatis tradita sunto. *Celebrium virorum*

rorum quos Ulugh Beighus *in auxilium vocavit, nomina in ipsius Præfatione pleniùs scribuntur: eorum enim primus est* مولانا صلاح الدين موسي المشتهر بقاضي زاده الرومي Mulana Salâh-eddîn MUSA qui celebratus est cognomento Câdi-zâde Rumæus. (*Hunc Author noster vocat* حضرت استادي و سندي Præceptorem ac Fulcrum suum.) *Persæ pronuntiant* Câzi Zâde. *Secundus est* مولانا غياث الدين جمشيد *Mulanâ Gijâth-eddîn* GJIMSHID. *Quorum Hic (cujus est Liber Astronomicus dictus* سلم السما Scala cœli) *in ipso ferè operis limine, Ille verò priusquàm ad umbilicum perductum esset, manu fatì occubuit. Hisce itaque ambobus de medio sublatis, alius quidam haud vulgatæ eruditionis Astronomus, dictus* علي ابن محمد قوشجي Ali Ibn Mohammed Kushgji *Ulugh Beigho astitit, donec cœptum opus perfectum esset & feliciter absolutum. Hic autem vulgò audit* علي قوشجي *Ali Kushgji*, i. Aviarius, *cujus duo insignes Tractatus apud nos extant in Linguâ Persicâ conscripti: eorum alter de* Arithmetica, *alter de* Theoricâ Planetarum *agit. Scripsit quoque Commentarios in* Ulugh Beighum, *ut refert Doctiss. Hottingerus in sui* Smegmatis Orientalis *tertiâ parte. Et* Ulugh Beigh, *postquam Tabulas suas absolverat, sc. anno* Hegjræ 853, Christi 1449, *clanculùm accepit quiddam de filio natu majori* Abdallatîfo; *quare in suspicionem conjectus, Schema Horoscopi ejus posuit, unde infortunium quoddam sibi à Filio orituram esse intellexit. Ideóque Pater affectum pristinum exuens, minorem filium* Abdalazîzum *intensiùs amare cœpit. Quod cùm rescivit* Abdallatîfus, *non tantùm insidias struxit, sed cingulo contumaciæ mediam animam cingens, conscripto exercitu in apertam rebellionem irrupit. His ita factis,* Ulugh Beighus *cum militiâ copiosâ ad ripam Fluminis* Gjihun *propravit; ubi Pater & Filius (adversis copiis in utrâque Fluminis ripâ castramentibus, & his ad illas, vel vice versâ, alternatim trajicientibus,) trimestri bello utrinque dimicârunt. Interim* Abusâîd *hanc nactus opportunitatem, cum aliquâ manu militum ex* Il-Argunæis *(qui sunt ex* Turcomannis *incolis* Turkistaniæ) *ab* Ulugh Beigho *deficiens* Samercandam *obsidione cinxit, & præterea in*

in nummis suis usus est hoc Symbolo شهر محاصره ضعيف الغبيك Urbs obsessa, labefactatus Ulugh Beigh. *Quapropter* Ulugh Beigh, *hoc audito nuntio, in profundissimũ stuporis pelagum immersus* Samercandam *regressus est: quo accedente, alter obsidione mox solutâ recessit. Dum hæc agerentur,* Abdallatîfus *trajecto Flumine* Gjihun *rectà ad* Samercandam *contendit. Quare* Ulugh Beigh, Abdalazîzum *sui Locum-tenentem in* Samercandâ *constituens,* Abdallatîfo *obviàm ivit; et magno mense* Sha'bân, *anno jam pridem memorato, in oris* Samercandæ *inter Patrem & Filiũ diù & acritèr conflictatũ est: & vincente tandem Filio, fusæ ac fugatæ sunt Copiæ Patris, qui igitur ad Castellum* Samercandæ *refugere conatus est. At* Mirân-Shâh Tugjin (*aliàs* Phugji) *qui quondam ex ejus alumnis fuerat, ipsum ab introëundo prohibuit. Metu itaque obsessus & ad incitas planè redactus, ad oras* Turkistaniæ *fugit, dum* Abdallatîfus *captâ* Samercandâ *in Throno Regio sedebat. Hoc rerum statu,* Ulugh Beigh *ad* Abulcheirchân Turkistaniæ *regem, fugam meditatus fuerat: rursùs verò secum cogitavit* Samercandam *regredi, eâ spe erectus, quòd Filii viscera erga ipsum misericordiâ moverentur. Hoc igitur consilio adductus, supradicti anni mense* Ramazân, *ad* Samercandam *rediit, & in præsentiam filii sui intrepidè ingressus est; ubi factis ceremoniis, mira quædam transacta sunt: nam infaustus iste filius & parricida (qui post 7 menses ultricem manum divinam effugere non potuit) primo congressu Patrem ab exilio reducem humaniter tractavit; dum instigatione Diaboli incitatus, clanculùm ejus necem meditabatur. Et paulò pòst, referente* Daulatshâh, *extra* Samercandam *ad ripam Fluminis* سوج Sûgj *eum trucidari jussit.* Chondemîr *Carnificis nomen memorat,* چون اندکي مسافتي قطع کرد عباس از عقب رسيد ان پادشاه عادل فاضل را بدرجه شهادت رسانيد و ميرزا عبد اللطيف بسه روز برادر خود عبد العزيزرا کشته بود Exiguo à Samercandâ emenso spatio, Abâsus à tergo veniens Regem istum Justissimum Optimum ad dignitatem Martyrii evexit. Et Mirza Abdallatîfus intra triduum fratrem *minorem* Abdallazîzum quoque interfecit. *Unus ex Magnatibus Epocham mortis* Ulugh Beighi *hisce versibus comprehendit,*

الغ

الغ بيك ان شاه جم اقتدار Ulugh Beigh Rex ille Gjemshidi instar potentiâ,
كه دين نبي نبي را ازو بود پشت Qui erat Religionis Propheticæ Columen,
زعباس شهد شهادت چشيد Ab Abâso martyrii favum degustavit:
شد شش سال تاريخ عباس كشت Annus Epochæ ejus est ABAS OCCIDIT:

Ubi in vocabulis عباس كشت Abâs Cùsht *numeralis literarum potestas indicat annum* Hegjræ 853um, Christi 1449um. *Ita ut tota vitæ ejus periodus quinquaginta septem annis absoluta videatur.* Daulatshâh *asserit eum vixisse* 58 *annos: sed* پنجاه و هشت Pengjâhu hàsht 58, pro پنجاه و هفت Pengjâhu hàpht 57, *facillimus est Scribæ error, qui ex collatione cum aliis de eo ibidem narrationibus innotescit.*

At ne tam celebre nomen neglectum temporũmque ruderibus sepultum jaceret; primò consuluit Vir undequaque Doctissimus Johannes Gravius *in Academiâ Oxoniensi olim Astronomiæ Professor Savilianus. Ille enim primam partem nostri Authoris* De Epochis *Orientalium gentium, & ejus* Tabulam Geographicam *de Situ quarundam Regionum ac Urbium, Latinitate donavit & in lucem publicam emisit: ipse idem quoque paulò antè, Longitudines ac Latitudines centum plùs minùs stellarum ex hisce Tabulis quas jam edimus desumptas (unà cum* D. Bainbrigii Canicularia*) Oxonii edidit; ubi & omnium Inerrantium emendatam editionem promisit: morte autem, ah nimis præproperâ! abreptus, fidem liberare non potuit. Ego itaq; hanc Provinciam à tanto viro laudatam, eo ipso nomine libentiùs suscepi. Et primò quidem in Latinum sermonem transfudi in gratiam Dignissimi ac Doctissimi Præsulis & Ecclesiæ Antistitis,* D. Sethi Ward *Episcopi Exoniensis, viri inquam supra omnem verborum ornatum eruditi, cujus beneficiis me semper devinctum fuisse gratus agnosco. Huic tanquam Patri hic (qualiscunque sit) fœtus meritò debetur, utpote cujus Auspiciis primò formatus & in rerum existentiam inductus fuerit. Quando transferendi munus mihi primùm incubuit, ipse Episcopalem Cathedram nondum conscenderat: Translationem verò vix priùs absolveram, quàm ad Episcopalem dignitatem evectus est; ubi, ut divinare potui,*

* * *

pascendi

pascendi ac regendi Ecclesiam cura studiorum Mathematicorum habenas laxare jubebat. Quapropter dictam Translationem in angulum aliquem rejiciebam; donec tandem amicorum quidam eâ de re certiores facti, nullâ non importunitate à me contendebant ut in lucem emitterem: cúmque tantorum virorum suasui ac rogatui obniti, planè indecorum & ineptæ pertinaciæ indicium videretur, ad collationem plurium codicum MSS me protinùs accinxi, & ultimam Translationi manum imposui. Et, si aliquoties difficultas aliqua in enucleandis stellarum nominibus occurrebat, adivi virum πολυγλώσσατον *omníque literaturæ genere consummatissimum & Clarissimum* D. Edwardum Pocockium *S.T.D. Ædis Christi Canonicum, & Linguarum Heb. & Arab. Professorem Regium, quem tanquam Oraculum Pythium consului. Et, si quando dubium aliquod in Mathési oriri contingebat, mihi roganti consilium suum non denegârunt Viri verè ornatissimi, Doctrinâ summi, egregiis Ingenii ac Solertiæ speciminibus Clarissimi,* D. Johannes Wallisius *S.T.D. &* D. Christophorus Wren *J.C.D. quorum Hic Astronomiæ Professor, Ille Geometriæ, (qui & hujus Academiæ* Ἀρχαιοφύλαξ *vigilantissimus,) utrique Professores Saviliani, & totius Matheseos Coryphæi.*

Ulugh Beigh *has Tabulas condidit in urbe* Samercandâ *quæ sita est in Regno* Mawaralnáhræ, *ultra (sc. respectu* Persidis) *Flumen* Gjihun *seu* Oxum, *in Climate quinto; juxta sententiam* Nasir Tusæi *ad Longitudinem* 98 *Graduum cum* 20 *Minutis, & Lat.* 40 *Graduum: at ex ipsâ Authoris nostri sententiâ (cui ut loci indigenæ, & propter summam Viri eruditionem tutiùs adhibenda fides) Longitudo est* 99 *Graduum cum* 16 *min. & Lat.* 39. *Grad. cum* 37 *Minutis. Quem hæc urbs structorem habuit docet* Birgjendius, سمرقند شهر مشهورست از بلاد ماوراء النهر انرا كي كاوس بن قباد كي بنا كرده وبعد ازان اسكندر سور مستحكم ساخته Samercand est urbs quædam celebris inter urbes Mawaralnáhræ: eam extruxit Kei-Käus filius Kobâd-Kei (*sc. Kei-Kobâd*) & posteà Alexander muro solidissimo cinxit. *Harum Tabularum calculum instituit pro initio anni* Hegjræ 841,

841, Christi 1437. *Et quando* Ulugh Beigh *Observationes suas auspicaturus esset, ingentissimæ magnitudinis Quadrantem parari jussit, cujus Radius (referente Clariss.* Gravio*se à Turcis fide dignis accepisse) altitudinẽ Templi* Sanctæ Sophiæ *æquaret.*

Quâ usus est methodo, declaratur in Capite Tabulis præmisso: quod adjiciendum curavi ut Authoris diligentia ex suâ ipsius sententiâ Lectori meliùs constare posset: nihil enim ex aliorum fide acceptum, (quod ejus candori tribuendum est,) nobis obtrudit; sed, ut oculatus testis, quod propriâ observatione invenerat, credendum tradit. Namque Observationes suo tempore maximè receptas, ad calculum revocavit; quæ cùm sublimi ipsius judicio minùs probandæ viderentur, supradicto anno novas Observationes Fixarum omnium, exceptis 34, *feliciter adornavit. Earúmque Latitudo ferè convenit cum eâ quæ in Hemiphæriis designatur: & sic etiam Longitudo, si duo Gradus vel saltem Gradus cum dimidio addatur. At in* Tizîni *Tabulis situs convenit cum Globis Tychonicis, sumpto Ascensionis initio à primo Gradu Capricorni. In* Ulugh Beighi *Tabulis mihi quidẽ consultũ visum est Versionem Latinam Textui Persico præponere, ut hoc modo ex propiori numerorum è regione respondentium situ, faciliori negotio institui posset collatio. Tabularum autem formam quod attinet, in Columnâ primâ, stellarum numerus, utrùm sint Constellatæ vel Informes, literis Alphabeti designatur. In secundâ, Signorum Nomina Arabicè, & singularum stellarum Descriptio Persicè adducitur. In tertiâ adjiciuntur eminentiorum aliquot stellarum nomina, Arabica omnia: suntq; plerumq; vel à membris animalium quæ in superiori mundo finguntur, vel à comparatione factâ cum pecudibus, aut struthionibus, &c. vel tandem ab influentiâ ac virtute quam stellæ in inferiora mittunt, desumpta. Hæcque omnia in adversâ columnâ, prout ab Arabibus ipsis efferuntur, characteribus Latinis enuntiavi; idque ut omnibus, etsi Arabicè non calleant, usui esse possint. At eorundem Interpretationem, propter Columnæ angustiam, rejeci ad Commentarios; ubi eis explicandis operam dedi: & in plerisque spero me mentem primi Impositoris assecutum esse. Quorundam verò explicationem dedi, eámque veram, etsi priori spe minimè erectus. Cùm enim plurima linguæ Arabicæ vocabula sint* πολύσημα, *quis potest semper divinare quænam significatio sit eligenda? In his*

Nominibus

Nominibus efferendis notandum est, gj *semper respondere literæ* ج, *etiam si hâc ratione litera* i *in eâdem syllabâ bis concurrat, ut in* جيحون Gjihun, *quod enuntiandum est quasi nostratium modo scriptum esset* Jihoun. *Sed* j *consonans absque* g, *proferendum est ut nostrum* y; *ut in dissyllabâ* شلياق Sheljâk: *at in hoc & similibus plerumque adhibui* y, *ut* Shelyâk, *evitandæ confusionis gratiâ. Et quando notula* (,) *infernè, aut* (') *supernè, in medio vocis adhibetur; indicat productionem spiritûs in pronuntiando eam syllabam cui immediatè succedit: nam* اعزل A,zal *aut* A'zal, *efferendum est quasi* Ahzal; *quoniam sc. ibi latet potestas literæ* ع Ain. *Quandoque verò divisionem tantùm aut incisionem syllabæ ibi faciendam advertit, ut* هقعة Hen,a, *non* He,na: هقعة Hek'a, *non* He'ka. *Sic* אריה Ar,je *vel* Ar'ye *per dissyllabam, non* Arie *per trissyllabam. Articulum* Al *ubique separatim expressi, neglectâ regulâ de literis Solaribus post Lam Articulare: ut* الصوفي AlSûphi, *non* Assûphi: *hocque factum est ad eam quæ aliàs oritura esset errandi occasionem evitandam; cùm plerique qui in his linguis parùm versantur, Articulum istum integralem nominis partem existiment, dum verum ac genuinum Nomen ignorant; ut* Azoara *pro* AlSûra, *&* Azimuth *pro* AlSumût, *&c. In Columnâ quartâ est ordo Signorum quibus singulæ stellæ propter æqualem cum illis Signis Longitudinem, accensentur: heic etiam Gradus & Minuta Longitudinis designantur. Et in summitate hujus & sequentis columnæ in paginâ primâ apponuntur notulæ* ج جة قة, *quæ abbreviatè valent integras voces* برج درجة دقيقة *Burgj* Signum, *Déragja* Gradus, *Dakîka* Minutum. *In quintâ, sunt Gradus ac Minuta Latitudinis. In sextâ, est Plaga cœli in quâ sita est quævis stella: Arabicè dicitur* جهة *Gjiha vel Gjihat,* i. Latus, Tractus, *vel* Plaga; *in plurali* جهات *Gjihât: estque vel* شمالي *Shemâli* Borealis, *vel* جنوبي *Gjenûbi* Australis: *& hæc vocabula signantur per abbreviaturas vel scribendi compendia* ش *&* ج. *In hâc columna interdum etiam conspicitur* ح *seu nullitatis nota, quæ stellam cui apponitur in ipsâ medietate Eclipticæ sitam indicat. In septimâ consignantur* Magnitudines, *Arabibus* اقدار *Akdâr,* i. Quantitates; *à sing.* قدر *Kadr,* i. Definita quantitas *cujusvis rei.*

Hæ

Hæ autem Quantitates *traduntur prout eas invenerat* Abdurrahmân Sûphi, *de quo mox dicetur. Extra Columnam septimam est minor adhuc divisio Magnitudinum in* Magnas *&* Parvas: *hæc indicatur per literas* ص *pro* صغير *Saghîr* parva, *&* ك *pro* كبير *Kabîr* Magna, *quibus in paginâ Latinâ respondent* m *&* p: *& quæ neutram harum notarum habet, mediæ quantitatis esse pro suâ Magnitudine censetur. In hâc interiori margine in paginâ Latinâ adnotantur etiam Varietates Codicum, quas in Persicâ denuò repetere supervacaneum duxi. P majusculum Cl.* Pocockii *Codicem notat: J majusculum, Codicem ex Bibliothecâ Coll.* S^ti Johannis: *S Codicem* Savilianum, *qui in Museo Mathematico* Oxonii *reponitur. Et Lineola numeris infernè apposita, vel interdum Asteriscus, indicat Varietatem aliquam in margine reperiri: vel si nulla adsit Varietas, illius numeri Lectionem minùs probam esse significat. Et, si plures Varietates in margine ita concurrunt, ut meritò dubitari possit quò singulæ pertineant, tum ea Varietas quæ est sinistræ proxima, pertinet ad lineolam sinistræ proximam. Et hoc insuper notandum quòd plerumque deterior lectio in marginem rejicitur: emendatior autem in ipso Textu substituitur. Eadem tamen regula in* Tizîni *Tabulis non servatur.*

Tabulæ Astronomicæ vocantur زيج Zîgj, *quod est Arabicum factum à Persico* زيك Zîgh, *i.e.* Filamenta quibus Phrygiones in variegando vestes diriguntur; *& à similitudine linearum significat* Tabulas Astronomicas, *vel etiam* Amussim *ad quam structuram dirigit architectus. Hinc* Chrysococca *in suis Tabulis Persicis (seu de Persarum Astronomiâ) quas Græcè edidit, adhibet vocem* Ζῆζι, *proferendum* Zîzi, *nam* Eta *valet* i *longũ: hanc vocẽ interpretatur* Σύνταξις, i. Constructio, *quomodo* Ptolemæus *suum* Almagestum *vocat. Habet quoque (ut id obiter moneam) plura vocabula Arabica: quæ (quia in Persarum libris usurpantur) Persica esse dicit: ut* Χουσούφ *pro* خسوف Chusûph: Τληφιμάδαρ *pro* اختلاف منظر *Ichtilâphi Mándar: &* Μούχκαμ *pro* محكم *Múhkam: &* Μυστέρακα *pro* مسترقة *Mustéraka;* &c.

Inter Orientales multi sunt qui Tabulas Astronomicas construxerunt, vel Constructas Commentariis illustrârunt, uti videre est apud Abulpharagjium *& Doctiss.*

Hottingerum

Hottingerum *in Smegmatis Orientalis libro tertio. In* Ulugh Beighum *Commentarios concinnârunt* Sei'jid Ali, *&* Abdurrahmân Sâlehi Shamensis, *&* Ali Ibn Mohammed Kushgji. *At ex eis qui Tabulas de proprio condiderunt, sunt tres Authores per Orientem celebres, qui cæteris omnibus longè illustriores habentur. Horum primus (ut juxta ordinem temporis dicam) est* Abdurrahmân Sûphi, *de quo* Abulpharagjius, وكان عبد الرحمان بن عمر بن سهل ابو الحسين الصوفي الرازي فاضلا نبيها نبيلا و من تصانيفه كتاب الصور السماوية و الارجوزة وكتاب مطارح الشعاعات وتوفي سنة ست و سبعين وثلثماية وكان عمره خمسا و ثمانين سنة Fuit Abdurrahmân Ibn Omar Ibn Sahel Abu Hosein AlSûphi AlRâzi, vir excellens, ingenio & acumine præstans: sunt è Libris ejus Liber Figurarum cœlestium picturis ornatus, Liber Rhythmicus, & Liber de Projectione radiorum. Obiit anno trecentesimo septuagesimo sexto, cùm natus esset annos octoginta quinque. *Adeò ut Nativitas ejus inciderit in annum Hegj.* 291, X^ti 903, *& Obitus in annum* 986. *In Libro illo cum picturis cælestibus (cujus mihi copiam fecit Doctiss. & Clariss.* Pocockius) *hæc methodus servatur: Primò ponitur Nomen Constellationis (incipiendo à Polo Boreali); deinde per cubitos indicatur distantia singularum stellarum à se invicem in eâdem Constellatione; & subjunguntur Nomina quibus eas appellare solent Arabes: tertiò adhibentur singularum Descriptiones seu Denominationes cum Long. & Lat. ut in* Ulugh Beighi *Tabulis cernitur: quartò apponitur duplex cujusque Constellationis Pictura, altera prout in Globo, & altera prout in Cœlo apparet, eam repræsentans:*

Secundus eorum quorum Tabulæ sunt in Oriente celebres, est Nasir Eddîn Tusæus, *qui* Musta'semi *Chalîphæ tempore floruit circa annum* Hegjræ 660, Christi 1261. *Opus suum* Ilchâno *Tatarorum Principi dedicavit, unde vocantur* زيج نصيري ايلخاني i. Tabulæ Nasiræ Ilchanicæ; *de quibus* Abulpheda, مراغة من قواعد اذربيجان و هي قصبة نزهة جدا بالتل الذي هو خارجها ومن خواجا نصير الدين لهلاكو الكواكب واستعان في ذلك بمؤيد الدين العرضي ويحيي ابن المغربي Marâga est è præcipuis civitatibus Aderbigjân, estque Emporium pulcherrimum. In colle extra urbem Chogja Nasir Eddîn, jubente Holâghu, stellas observavit, adjutus in illo opere à Muwaiyed Eddîn Al-Pháradi, & Jahi Ibn AlMég'rebi: *vel ut aliàs legitur,* محيي الدين Muhaíyi Eddîn AlMegrebi. *Has Tabulas* محمود شاه خولجي Mahmûd Shâh Cholgjius *Commentariis illustravit.* Nasir Eddîn *ipse est qui verum Fixarum motum observatione invenit & rectificavit, uti narrat jam dictus* Shâh Cholgjius *ubi de Sphæra Fixarum agit,* &c. حركت وي از مغرب است بسوي مشرق وبغايت Motus ejus est ab Occidente in Orientem, & est valdè tardus: Antiquis quidem ignotus, sed alii posteâ diligentiâ usi, motum ipsius perensêre, quantitatem verò non definierunt. Donec tempore Ptolemæi repertum est singulis centenis annis unum Gradum confici. Unde integra secundùm eos periodus absolvitur 36000 annis. Posteà Astronomi tempore Maimonis suas Observationes cum Ptolemaïcis conferentes, statuerunt *66* annis & 8 mensibus unum Gradum promoveri. Quare juxta hanc mensuram integra fit Revolutio 24000 annis, & Signum pertransitur duobus millibus annorum. Verùm ex Novis Observationibus in Marâga factis innotescit, singulis 70 annis unum Gradum moveri, & signum 2100 annis, & Circulum 25200 annis absolvi: Et secundùm hanc Observationem nunc Calculum instituunt. Singulis annis movetur 51'' & 26''', & singulis mensibus 4' & 14''', & singulis diebus 8'''' cum semisse.

Tertius Observationum Author (qui ut omnium ultimus ita & celeberrimus) est Ulugh Beigh *cujus opus constructum est pro initio anni* Heg. 841, X^ti 1437. *Ipsius* Ἀπόσπασματα *quæ ad nos pervenêre, sunt reliquæ ejus Institutiones Astronomicæ & Astrologicæ, quarum hæ quidem Doctrinam Nativitatum tractant: illæ verò Astronomiæ Fundamenta tradunt. Historiographus* Chondemîr *meminit alius operis ejus, quod est Historia Principum* Cjagataeorum *in* Alûs Turkistaniæ; *hoc verò opus nobis videre nondum contigit:* &c. پوشيده نماند كه Neminem latet quòd in urbe Bagdâd nomina Regum Turkistaniæ inscripta, desumpta sunt è Tractatu quem Mirza Ulugh Beigh Ghurghân in memoriam Principum Alûs Arbaa composuit. *Pro* اربعة *Arbaa fortè legendum* ازبعد *Az ba'd,* i. posteâ: *Nunc*

Præfatio ad Lectorem.

Nunc demum, Benigne Lector, oportet manum de Tabulâ tollam: cùm enim jam nimis prolixus fuerim, ulteriùs non libet, mihi molestiam aut tibi tædium ac dispendium creare. At, quæ heic in medium proferuntur, sunt planè nova: ideóque spes est quòd candori tuo & sublimi judicio allubescere possint. Sin minùs verò, votum est ut cœptis nostris saltem faveas, nec eum tandem malè habeas qui à te semper pro virili benè mereri studet. Vale.

Addenda et Emendanda, heic in Fronte Libri collocavi, ut corrigas priùs quàm ad lectionem te accingis. Tabularum lineas numerando, eas quæ in Numerorum columnis continentur intelligo.

In Tabulis. *pag.* 16 & 17 pro الذبح *AlDibh* lege الذيخ *AlDich. p.* 18. *Cawâkib AlThirk* debet pertingere ad stellam quintam. *p.* 24. *l.* 4. lege *Chasmatis. p.* 56. in columni Nominum, ad stellam 15tam deest *Rigjl Al Mosâlsala.* p. 72 in interiori margine (P. 13.) ad sequentem lineam pertinet. *p.* 8. *l.* 3. pro 13. *leg.* 43. *p.* 20. *l.* 5. Pro 25 lege 45. *p.* 26. *l.* 6. pro 99. *leg.* 69. *p.* 32. *l.* 3. pro 1 *leg.* 2. *p.* 46. *l.* 7. pro 2 *leg.* 12 *p.* 64. codex Joh. ponit stellas 20, 21, 22, & 23 in Plagâ Boreali. *p.* 70. *l.* 2. pro 48 *leg.* 18. *p.* 80. *l.* 15. pro 5 16 *lege* 6, 16. *p.* 88. *l.* 11. pro 31 0 *lege* 16 0. *p.* 102. *l.* 14. pro 17 *leg.* 57. *p.* 122. *Arsh AlGjauzâ* debet pertingere ad stellam decimam. *p.* 124. *l.* 17. pro. 11 *leg.* 21. *p.* 130. *l.* 5. pro. 59. *leg.* 55. *p.* 132. *l.* 6. pro 59 *leg.* 69. *p.* 134. *l.* 8. pro 9 *leg.* 6. *p.* 136. numerus stellarum Hydri est 25. *p.* 136. *l.* 6. pro 37 *leg.* 27. *p.* 137. *l.* 6. pro ب *lege* يب *p.* 136. *l.* 8. pro 1 *leg.* 30. *p.* 140. *l.* 17. pro 6 48 *leg.* 6 43. *p.* 146. *l.* 7. pro 4 *lege* 6. *p.* 146. *l.* 12. pro 4 14. *leg.* 8 14.

In Commentariis. *Pag.* 2. *l.* 9. post *Caudata*, lege *vel etiam* نجم ذو ذوابة Négm dù duâba, i.e. *Stella Syrmata, sive syrmate prædita.* p. 10 *l.* 11. post *Major*, lege هفت اورنك Hapht ávrengh potest significare Ἑπτάθρονον, *Septithronium. Pag.* 7. *lin.* 7. pro *sc. Borealis* lege *sc. Scorpionis.* p. 12. l. 23. lege *Ptolemæo.* p. 14. l. 28. post *Chelyos*, adde *Awâid* in libro *Mu'gjizât* exponitur اشتران پير i.e. *Cameli annosi.* p. 15. l. 6. *Vigesima septima est* &c. dele sequentia usq; ad *Cernitur*, & in eorum loco lege الذبح AlDich, i.e. (ut exponitur in libro *Mugjizât*) كفتار *Hyæna.* p. 48. l. 23 pro السبعة lege الشعبة. *p.* 61. *l.* 25. sic lege *Metropolis, eadem quæ Cyropolis, vel haud procul ab ejus ruinis distant.*

In Tizini Tabulis. *Pag.* 75. *l.* 7. pro 58 leg. 18. *p.* 77. *l.* 13. pro 13 leg. 23. *p.* 79. *l.* 8. pro 2 lege 6. *p.* 79. *l.* 13. pro 0 lege 10. *p.* 80. *l.* 9. pro 29 lege 26. *lin.* 14 pro 51 lege 50. *p.* 82. *l.* 7. pro 13. lege 58. *p.* 83. *l.* 19 & 20. lege 292 & 293. *p.* 85. *l.* 4. pro 23 lege 73. *p.* 87. *l.* 12. pro *initium linearum*, lege *initium binarum linearum.* Pleraque horum vitio codicis MSti unde hausi, tribuenda sunt. In tanta enim punctorum incertitudine & literarum similitudine, quis sit Scriba cui non proclive sit errare?

ULUGH BEIGHI

TABVLÆ STELLARVM FIXARVM.

CAPUT DE COGNOSCENDIS STELLARUM FIXARUM LOCIS SEcundùm Longitudinem & Latitudinem.

ANte *Ptolemæum* obſervatæ ſunt Fixæ 1022, quas *Ptolemæus* in ſuum Almageſtum retulit. Hæ verò in ſex Magnitudines dividuntur: earum maximæ habent Magnitudinem primam; minimæ ſextam. Prætereà ſingulæ Magnitudines * tres adhuc gradus diſtinctionis habent. Ut autem hæ Stellæ à ſe invicèm dignoſcantur, excogitatæ ſunt 48 Figuræ, quarum 21 ad Boream Zodiaci, 12 in ipſo Zodiaco, & 15 ad Auſtrum. Harum aliæ ſunt in ipſis Figuris, aliæ verò ad ipſarum margines, ideóque extrà poſitæ æſtimantur.

* *Magna, Parva, Media.*

Abdu'rrahmân Sûphi conſcripſit librum *De cognitione Fixarum*, quem quidem amplectuntur Docti. Nos itaque, antequam aggreſſi ſumus Obſervationes, ſitum ſtellarum juxta rationem illius Libri, experiendi gratiâ, aliquoties deſignavimus; ubi quædam noſtræ ſententiæ contraria deprehendimus: auxilio autem & favore Divino in hiſce Obſervationibus obſecundati, pleraque ſtellarum loca, æræ ratione habitâ, Libro ejus contraria invenimus. Stellis verò juxta has Obſervationes in Globo diſpoſitis, comperimus nihil omninò repugnare noſtræ ſententiæ, quâ tandem freti ſumus.

Nos equidem obſervavimus omnes quæ obſervari poterant, exceptis 27, quæ propter magnam diſtantiam Auſtralem *Samercandæ* non viſuntur: & eæ ſunt 7 ſtellæ in Figura Thuribuli, et 8 in Figura Navis, quæ ſunt à 36 ad 41, & 44 & 45: Undecim ex Figura Centauri, quæ ſunt à 27 ad ultimam: Una è ſtellis Feræ, quæ

باب در معرفت مواضع ثوابت در طول و عرض

پیش از بطلمیوس یکهزار و بیست و دو ستاره از ثوابت رصد کرده اند و بطلمیوس در مجسطی آورده است وآن کواکب را شش قدر مرتب کرده اند اکبر در قدر اوّل و اصغر در قدر ششم و هر قدری را سه مرتبه نهاده اند و بجهت تعریف این کواکب جهل و هشت صورت تخیل کرده اند بیست و یک در شمال فلک البروج و دوازده بر منطقه و پانزده در جنوب بعضی از این ثوابت بر نفس این صور اند و بعضی بر حوالی صورت که ازان بخارج از صورت تعبیر کرده اند

و عبد الرحمن صوفی کتابی در معرفت ثوابت نوشته است که همهٔ فضلا آنرا تلقی بقبول کرده اند و ما پیش از رصد وضع کواکب بر کرّات بحسب آن کتاب تجربه میکردیم بعضی را مخالف رای العین می یافتیم چون بمساعدهٔ عنایت الٰهی باین رصد موفّق شدیم مواضع بیشتر کواکب را بعد از رعایت تاریخ مخالف کتاب او یافتیم و چون کواکب را بحسب این رصد بر کرهٔ وضع کردیم مطلقا مخالف رای العین نیافتیم بر آن اعتماد کردیم

و ما تمام کواکب مرصوده را رصد کردیم غیر از بیست و هفت کوکب که در سمرقند نمی نمودند بجهت کثرت بعد جنوبی وآن هفت کوکب صورت مجمره است و هشت کوکب از صورت سفینه وآن از لو است تا ما و مد و مه و یازده از صورت قنطورس وآن از کز است تا آخر و یکی از صورت سبع وآن

quæ eſt decima. Has tantùm 27 ſtellas, habitâ ratione æræ, ex Libro *Abdu'rrahmân Sûphi* deſumpſimus. Præter haſce autem, ſunt 8 adhuc ſtellæ quarum meminit *Abdu'rrahmân Sûphi* in Libro ſuo, quarum etiam loca indicavit *Ptolemæus*; nos verò, quantumvis diligentes, in iis locis nullas potuimus diſcernere, quamobrem nec in hunc Librum noſtrum retulimus: ſunt ſc. una in Auriga, & undecima Feræ, & ſex ſtellæ extra Piſcem Auſtralem.

Stellarum loca in Tabulis deſignavimus pro initio anni *Hegjræ* 841, ut quovis tempore quis poſſit ſtellarum loca invenire, cum ſingulis ſeptuagenis annis Solaribus per unum tantùm Gradum moveantur.

وآن ي است اين بيست و هفت كوكب را برعايت تاريخ از كتاب عبد
الرحمن صوفي نقل كرديم و غير از هشت كوكب كه عبد الرحمن
صوفي در كتاب خود ذكر كرده كه در آن مواضع كه بطليموس
نشان داده هيچ كوكب مرئي نيست و ما نيز هرچند احتياط كرديم
در آن مواضع هيچ كوكب نديديم بنابر آن اين هشت كوكب
را درين كتاب نياورديم وآن يد ممسك الاعنه است ويد سبع و شش
كوكب خارج حوت جنوبي

و مواضع كواكب را بدهه سال ضما هجري در جدول وضع
كرديم تا در هر وقت كه خواهند مواضع كواكب معلوم توانند
كرد چون بهر هفتاد سال شمسي يكدرجه برانند

Tabula de locis Stellarum fixarum ſecundùm Longitudinem & Latitudinem quam Obſervatione noſtrâ invenimus initio anni *Hegjræ* octingenteſimi quadrageſimi primi.

Stellæ Figurarum Borealium.

	1. Stellæ Urſi minoris.	*Nomina celebriorũ aliquot Stellarum.*	*Long:* Sig:	Gr:	Mi:	*Lat:* Gr:	Mi:	*Magnitudines juxta ſententiam AlSuphi.* Plagæ.	Bor.
1	STella quæ eſt in extremitate caudæ	*Gjedi.*	2	20	19	66	27		3
2	Quæ poſt eam eſt in cauda		2	22	25	70	0		4
3	Quæ poſt hanc eſt ante radicem caudæ		3	0	55	73	45		4
4	Stella Auſtralis in præcedenti latere Quadranguli		3	17	13	75	36		4
5	Stella Borealis in eodem latere		3	24	15	78	0		5
6	Stella Auſtralior duarum quæ ſunt in ſequenti latere	*Anwer AlPherkadain.*	4	5	25	73	0		2
7	Stella Borealior in eodem latere	*Achpha AlPherkadain.*	4	13	55	75	9	B.	3
	Extra hanc Figuram.								
1	Stella Auſtralis quæ eſt rectà ſuper Alpherkadain		4	0	55	71	45	B.	4

جدول مواضع كواكب ثوابت در طول و عرض كه برصد ما يافتيم در اوّل سال ضمّا هجري

كواكب صور شمالي

	كواكب دبّ اصغر	اسامي بعض الكواكب كه مشهورست	الاطوال			العروض			جهات	الاقدار على راي الصوفي
			ج	جه	قه	جه	قه			
ا	كوكب كه بر طرف دنبالست	جدي	ب	ك	يط	سو	كز	ش	ج	
ب	آن آنك بعد ازوست بر دنبال		ب	كب	كه	ع	ح		د	
ج	آنك بعد ازوست پيش از بن دنبال		ج	ح	نه	عج	مه		د	
د	كوكب جنوبي از ضلع پيشين از اضلاع مربع		ج	يز	يج	عه	لو		د	
ه	كوكب شمالي از همين ضلع		ج	كد	يه	عج	ح		ه	ط
و	كوكب جنوبي ازان دو كه بر ضلع پسين اند	انور الفرقدين	د	ه	كه	عج	ح		ب	
ز	كوكب شمالي از همين ضلع	اخفي الفرقدين	د	يج	ن	عه	د	ش	ج	
	خارج اين صورت									
ا	آن كوكب جنوبي كه بر استقامت فرقدين است		د	ح	ن	عا	مه	ش	ج	

	2. Stellæ Ursi majoris.								
1	Stella quæ est in extremitate nasi		3	14	55	40	15	B.	4
2	Stella præcedentior duarum quæ sunt in binis oculis		3	15	43	43	48		5
3	Sequens earundem		3	16	34	13	45		5
4	Stella præcedentior duarum quæ sunt in fronte		3	16	25	47	54		5
5	Sequens duarum		3	17	43	47	51		5
6	Quæ est in extremitate præcedentis aurium		3	18	25	51	18		5
7	Stella præcedentior duarum quæ sunt in collo		3	19	43	44	42		4
8	Sequens duarum		3	22	49	44	54		4
9	Borealior duarum quæ sunt in pectore		4	1	19	38	0		4
10	Australior earundem		3	28	31	42	39		4
11	Quæ est in genu sinistro		3	29	22	34	45		3
12	Borealior duarum in pede sinistro præcedenti	Alphirkva Althalitha	3	24	55	29	21		3
13	Australior earundem		3	25	43	29	0		3
14	Quæ est supra genu dextrum		3	25	16	36	0		5
15	Quæ est infra genu dextrum		3	25	25	33	21		5

	کواکب دبّ اکبر									
ا	آن کوکب که برسر بینی است		ج	یه	ده	م	یه	ش	ه	
ب	کوکب متقدم از آن									
	دو که بر دو چشم اند		ج	یه	مج	مج	مج		ه	
ج	کوکب تالي از آن دو		ج	یو	لد	یج	مه		ه	
د	کوکب متقدم از آن دو									
	که بر پیشاني اند		ج	یو	که	مز	لد		ه	
ه	تالي از آن دو		ج	یز	مج	مز	دا		ه	
و	آنک بر طرف کوش									
	مقدّم است		ج	یح	که	دا	یح		ه	
ز	کوکب متقدم از آن دو									
	که بر گردن اند		ج	یط	مج	مد	مب		د	ص
ح	تالي از آن دو		ج	کب	مط	مد	در		د	
ط	شمالي تر آن دو که بر									
	سینه اند		د	ا	یط	لج	ح		د	
ي	جنوبي ترین همان دو		ج	کح	لا	مب	لط		د	ص
یا	آنک بر رکبهٔ چپ است		ج	کط	کب	لد	مه		ج	
یب	شمالي ترین آن دو که بر									
	قدم چپ اند که مقدّم است		ج	کد	ده	کط	کا		ج	ص
یج	جنوبي ترین همان دو		ج	که	مج	کط	ح		ج	ص
ید	آنک بر بالاي رکبهٔ راست است		ج	که	یو	لو	ح		ه	ک
یه	آنک دو شبیه رکبهٔ راست است		ج	که	که	لج	کا		ه	ک

الفقرة الثالثة

16	Quæ est in dorso Figuræ, in Quadrangulo	*Duhr Al Dub Al Acber*	*Feretrum*	4	7	25	49	24		2
17	Quæ est in molliori parte vẽtris, (sc. Epigastrio,) etiam in Quadrangulo	*Merâk Al Dub Al Acber*		4	11	37	45	9		3 m.
18	Quæ est prope radicem Caudæ, etiam in Quadrangulo	*Megrez Al-Dub Al Acber*		4	23	25	51	30		3 p.
19	Quæ reliqua est de Quadrangulo, est sc. in fœmore dextro posteriori	*Phacd Al Dub Al Acber*		4	22	31	47	15		3 m.
20	Præcedens duarum quæ sunt in pede sinistro posteriori	*Al Phikra Al Thânia*		4	11	40	29	45		3 p.P.15
21	Quæ reliqua est de duabus			4	13	7	28	42		3 p.
22	Quæ est in poplite sinistro			4	20	46	35	15		3 p.
23	Borealior duarum in pede dextro posteriori			5	0	7	26	0		3 p.
24	Australior duarum			5	0	25	24	45		3 p.
25	Præcedens trium quæ sunt in cauda, ea sc. stella quæ est in radice Caudæ	*Al Gjaun*	*Filiæ*	5	0	31	54	9		2
26	Media trium	*Al Inâk*		5	8	4	56	12		2
27	Tertia, quæ est in extremitate caudæ	*Al Kâïd*		5	19	10	54	9	B.	2
	Extra hanc Figuram.									
1	Quæ est sub Cauda, attamen longè ab ea versùs Austrum	*Cabd Al Asad*		5	16	55	40	15	B.	3

يو	آنك بر پشت صورت است از شكل مربع	ظهر دبّ اكبر		د ز كه	مط كن		ب			
يز	آنك بر درمهٔ شكم است هم از مربع	مراق دبّ اكبر		د يا لز	مه ط		ج	ك		
يح	آنك بر نزديك بن دنبال است هم از مربع	مغرز دبّ اكبر		د كج كه	نا ل		ج	ص		
يط	باقي مربع كه بر فخذ چپ است كه مؤخر است	فخذ دبّ اكبر		د كب لا	مز يه		ج	ك		
ك	مقدّم از آن دو كه بر قدم چپ اند كه مؤخر است	الفقرة الثانيّة		د يا م	كط مه		ج	ص		
كا	باقي همان دو			د يج ز	كح مب		ج	ص		
كب	آنك بر مابض چپ است			د كمو	له يه		ج	ص		
كج	شمالي ترين آن دو كه بر قدم راست اند كه مؤخر است	الفقرة الاولى		ه ع ز	كو ع		ج	ص		
كد	جنوبي ترين همان دو			ه ع كه	كد مه		ج	ص		
كه	اول از آن سه كه بر دنبال اند واين كوكب بر بن دنبال است	الجون		ه ع لا	ند ط		ب			
كو	ميانين آن سه	العناق		ه ح د	نو يب		ب			
كز	سوم كه بر طرف دنبال است	القايد		ه يط ي	ند ط		ش	ب		
	خارج اين صورت									
	آنك در زير دنبال است دور ازو در سوي جنوب	كبد الاسد		ه يو نه	م يه		ش	ج		

2	Quæ eſt ante eam, eâ tamen obſcurior eſt		5	10	4	40	39	5	P.7.
3	Auſtralior duarũ inter pedes poſteriores, inter Caput & Caudã Leonis		4	4	1	17	33	4	
4	Borealior earundem		4	2	37	19	42	4	
5	Sequens trium quæ reliquæ ſunt, ſúntque ſubobſcuræ		4	5	40	20	18	4	
6	Quæ eſt ante eam		4	5	10	23	45	4	7.6.
7	Quæ eâ aliquo multo anterior eſt		3	29	31	29	15	6	
8	Quæ eſt inter pedes anteriores ac Gemellos		3	19	31	23	0	B. 6	

3. *Stellæ Draconis.*

1	Quæ eſt in Lingua	*AlRâkis*	7	17	31	76	15	B. 5	
2	Quæ eſt in Ore	*Al Awâid*	8	2	40	78	21	4	
3	Quæ eſt ſupra Oculum		8	3	1	75	30	3	
4	Quæ eſt in loco Genæ		8	18	55	80	0	4	
5	Quæ eſt ſupra Caput	*Râs AlTinnîn*	8	21	55	75	0	3	m.P.[illegible]
6	Borealior trium quæ ſunt in linea recta in Collo, in Curvatura prima		9	15	10	82	9	5	
7	Auſtralior trium		9	24	10	78	15	5	
8	Media trium		9	20	40	80	33	5	

ب	آنک در پیش اوست وازو تاریکتر است		ه	ي	د	م	لط		ه	
ج	جنوبي ترین آن دو که مابین دو پای پیشین اند میان ذنب و راس اسد		د	د	ا	يز	لج		د	
د	شمالي ترین همان دو		د	ب	لز	يط	مب		د	
ه	تالي از آن سه که باقي اند و خفي اند		د	ه	م	ک	يح	ش	د	
و	آنک در پیش اوست		د	ه	ي	کج	مه		د	
ز	آنک ازو نیک دور پیشترست		ج	کط	لا	که	يه		و	
ح	آنک میان دو رجل متقدم و میان توأمین است		ج	يط	لا	کج	ه	ش	و	

کواکب تنّین

ا	آنک بر زبان است	الراقص	ز	يز	لا	عو	يه	ش	ه	
ب	آنک بر دهان است	العوايد	ح	ب	م	عح	کا		د	
ج	آنک بالاي چشم است		ح	ج	ا	عه	ل		ج	ص
د	آنک بر موضع زنخ است		ح	يح	نه	ف	ه		د	ک
ه	آنک بر بالاي سر است	رأس التنّين	ح	کا	نه	عه	ه		ج	ک
و	شمالي ترین آن سه که بر خط مستقیم اند بر کردن در عطف گاه اول		ط	يه	ي	فب	ط		ه	
ز	جنوبي همان سه		ط	کد	ي	عح	يه		ه	
ح	میانین آن سه		ط	ک	م	ف	لج		ه	

9	Sequẽs triũ quæ ſunt verſùs Oriẽtẽ, eſt ſc. è quatuor quadratis quæ ſunt in Curvatura poſt Curvaturã primã		10	10	40	81	24	5	
10	Auſtralior in præcedenti latere ▭		11	27	1	81	45	3	p.S.Ad
11	Borealior in præcedenti latere		0	10	13	83	0	4	S.Ad
12	Borealior in ſequenti latere Quadranguli		0	25	10	79	9	4	m.
13	Auſtralior in ſequenti latere		0	13	31	77	36	5	m.
14	Auſtralior in Triangulo quod eſt in Curvatura poſt illam Curvaturam		0	25	13	80	30	5	m.
15	Præcedens duarum quæ reliquæ ſunt de eodem Triangulo	*Al Athâphi*	1	12	55	82	0	5	m.P.Ad
16	Sequens duarum		1	16	34	80	15	5	m.
17	Sequẽs triũ quæ in Triangulũ coincidunt poſt Triangulũ primũ: at in Figurâ præcedunt Triangulũ primũ		3	4	13	84	12	4	
18	Auſtralior duarum quæ reliquæ ſunt de eodem Triangulo		2	5	55	83	24	4	
19	Borealior duarum		2	2	31	84	42	4	m.
20	Sequens duarum ſtellarum minutarum quæ ſunt juxta Triangulum	*Adphâr Al Dib*	4	11	40	87	15	6	
21	Præcedens earundem		4	0	25	86	45	6	

ط	تالي آن سه که از جانب مشرق از چهار کوکب مربّعست که بر عطف است بعد از عطف اول		ي	ي	م	فا	کد	ه	ص
ي	جنوبي از ضلع متقدم مربع		يا	کز	ا	فا	مه	ج	
يا	شمالي از ضلع متقدم		ح	ي	يج	فج	ح	ه	
يب	شمالي از ضلع تالي مربع		ح	که	ي	عط	ط	ه	ک
يج	جنوبي از ضلع تالي		ع	يج	لا	عز	لو	ه	ک
يد	جنوبي قرين مثلثي که بر عطف است بعد از آن عطف		ع	که	يج	ف	ل	ه	ک
يه	آنک مقدم است از دو باقي از همان مثلث	الاتساق	ا	يب	ده	فب	ح	ه	ک
يو	آنک تالي است از همان دو		ا	يو	لد	ف	يه	ه	ک
يز	آنک تالي ايست از آن سه که در مثلثي افتد تابع مثلث اول در صورت متقدمست بر مثلث اول								
يح	جنوبي قرين آن دو کوکب باقي از همان مثلث		ج	ه	يج	فد	يب	ه	
يط	شمالي قرين آن دو		ب	ه	ده	فج	کد	ه	
ک	تالي آن دو کوکب خرد که نزديک مثلث اند		ب	ب	لا	فد	مب	ه	ک
کا	مقدم همان دو	اظفار الذيب	ه	يا	م	فز	يه	و	
			ه	ح	که	فو	مه		

22	Auſtralior trium quæ ſunt in linea recta poſt hanc Stellam		5	28	1	81	57		5			ه		نز	فا	ا	كح	ه	
23	Media trium		5	27	31	84	0		5			ه		نح	فد	لا	كز	ه	
24	Borealior earum	*AlDîb*	5	24	34	85	15		3	J.31		ج		يه	فه	لد	كد	ه	الذيب
25	Borealior duarum quæ ſunt prope hanc Stellam ad latus Occidentale		6	6	55	78	57		3			ج		نز	عح	نه	و	و	
26	Auſtralior earundem		6	8	37	74	30		4			د		ل	عد	لز	و	ح	
27	Quæ eſt poſt hanc Stellam in Curvatura prope Caudam, ad latus Occidentale	*AlDibh*	5	27	49	71	27		3	p.	صا	ج		كز	عا	كز	مط	ه	الذبح
28	Præcedens duarum, quæ à Stellâ jam memoratâ amplam diſtantiam habet		4	27	25	65	21		5	m.	ك	ه		كا	سه	كز	كه	د	
29	Sequens duarum		5	0	34	66	27		3	p.	ص	ج		كز	سو	لد	ع	ه	
30	Quæ has duas ſequitur prope Caudam		4	8	37	61	54		3	p.P.24	ص	ج		ند	سا	لز	ح	د	
31	Quæ iſtam ſequitur in extremitate Caudæ		4	2	25	57	9	B.	3	p.	ص	ج	ش	ط	نز	كه	ب	د	
	3. *Stellæ Cephei.*																		
1	Quæ eſt in pede dextro		1	24	55	75	45	B.	5	m.J.15	ك	ه	ش	مه	عه	نه	كد	ا	
2	Quæ eſt in pede ſiniſtro	*AlRâï*	1	22	31	64	30		4			د		ل	سد	لا	كب	ا	الراعي

كب	جنوبي ترين آن سه كه برخط مستقيم اند بعد از اين كوكب																		
كج	ميانين همان سه كوكب																		
كد	شمالي ترين ايشان																		
كه	شمالي ترين آن دو كه نزديك اين كوكب اند از جانب مغرب																		
كو	جنوبي ترين همان دو																		
20	Borealior duarum quæ ſunt poſt Baſim Crateræ	5	20	46	25	39	4	
21	Auſtralior duarum	5	21	10	1	21	4	
22	Præcedens trium quæ ſunt poſt eam in figurâ triangulari	6	0	1	31	42	4	m.
23	Media trium, eſtq; omnium Auſtraliſſima	6	3	10	33	48	4	
24	Sequens trium	6	5	10	31	15	3	
25	Quæ eſt poſt Corvum, in radice Caudæ	6	18	55	13	45	3	p.
26	Quæ eſt in extremitate Caudæ	7	1	10	13	9	A. 3	p.
	Extra hanc Figuram.							
1	Quæ eſt ad Auſtrũ ſtellarũ Capitis	4	2	16	22	39	A. 3	
2	Quæ ſequitur ſtellas Cervicis	4	29	4	10	12	A. 4	

يج	متقدم آن سه كوكب تالي كه بعد از عطفه اند	ن كج ي	كو ج	ن			
يد	اوسط همان سه	ه ج يج	كج يه	ن			
يه	تالي همان سه	ه ا ي	كب ج	ن	ك		
يو	متقدم آن سه كه بعد از ايشان بر خطي مستقيم اند	ه ز ن	كن مه	ج	ص		
يز	اوسط همان سه	ه ي ا	كج لو	ن	ص		
يح	تالي همان سه	ه ب لز	كب ج	ج			
يط	شمالي آن دو كه بعد از قاعدهٔ باطيه است	ه ك مو	كه لط	ن			
ك	جنوبي ترين همان دو	ه كا ي	ا كا	ن			
كا	متقدم آن سه كه بعد از آن اند بر شكل مثلثي	و ج ا	لا مب	ن	ك		
كب	اوسط همان سه واو از همه جنوبي تر است	و ج ي	كج مح	ن			
كج	تالي همان سه	و ه ي	لا يه	ج			
كد	آنك بعد از غراب بر بن دنبال است	و يح نه	يج مه	ج	ص		
كه	آنك بر طرف دنبال است	ز ا ي	يج ط	ج	ج	ص	
	خارج اين صورت						
ا	آنك بر جنوب كواكب سر است	ن ب مو	كب لط	ج	ج		
ب	آنك تالي كواكب كرن است	ن لط ن	ي يب	ج	ن		

	9. Stellæ Crateræ.							
1	Quæ est in Basi Crateræ, estque communis cum stellis Hydri		5 15 55	22 42	A.	4		
2	Australior duarũ in medio Crateræ		5 21 55	19 45		4		
3	Borealior duarum		5 19 1	17 42		4		
4	Quæ est in margine Australi		5 25 37	18 33		5		
5	Quæ est in margine Boreali		5 18 22	13 21		4	ص	
6	Quæ est in ansa Australi		5 27 55	16 18		4	ص	
7	Quæ est in ansa Boreali		5 20 55	11 24	A.	4	ص	
	10. Stellæ Corvi.							
1	Quæ est in Rostro, estque communis inter Corvum & Hydrum	*Minkâr AlGorâb*	6 4 13	22 0	A.	3	ص	
2	Quæ est in Collo, prope Caput		6 3 58	19 15		3		
3	Quæ est in Pectore		6 6 25	18 15		5		
4	Quæ est in ala dextra priori	*Gienâh AlGorâb Al Aiman.*	6 2 46	14 18		3		
5	Præced. duarũ in alâ finist. posteriori		6 5 31	12 0		3		
6	Sequens duarum		6 6 1	11 39		4		
7	Quæ est in exrremitate pedis, estque communis cum Hydro		6 9 40	17 49	A.	3		
	11. Stellæ Centauri.							
1	Aust. ⁊ quatuor quæ sunt in Capite		7 0 25	22 9	A.	5		
2	Borealior earum		6 29 37	19 6		5	ص	

	كواكب باطيه							
ا	آنك بر قاعدهٔ باطيه است وبا كواكب شجاع مشترك است		ه يه نه	اب مب	ج	ن		
ب	جنوبي آن دو كه برميان باطيه است		ه كا نه	يط مه		ن		
ج	شمالي همان دو		ه يط ا	يز مب		ن		
د	آنك بر كنارهٔ جنوبي است		ه كه لز	مح لج		ه		
ه	آنك بر كنارهٔ شمالي است		ه يح اب	يج كا		ن	ص	
و	آنك بر عروهٔ جنوبي است		ه كز نه	يو يح		ن	ص	
ز	آنك بر عروهٔ شمالي است		ه كد نه	يا كد	ج	ن	ص	
	كواكب غراب							
ا	آنك بر منقار است واو مشترك است ميان غراب وشجاع	منقار الغراب	و ه يج	كب ح	ج	ج	ص	
ب	آنك بر كردن است نزديك سر		و ج نح	يط يه		ج		
ج	آنك بر سينه است		و و كه	يح يه		ه		
د	آنك بر جناح راست است كه مقدم	جناح الغراب الايمن	و ب مو	يه يح		ج		
ه	متقدم آن دو كه بر جناح چپ موخر		و ه لا	يب ح		ج		
و	تالي همان دو		و و ا	يا لط		ن		
ز	آنك برطرف پاي است وبا شجاع مشترك است		و ط م	يز مط	ج	ج		
	كواكب قنطورس							
ا	جنوبي ترين آن چهار كه بر سر اند		ز ح كه	كب ط	ج	ه		
ب	شمالي ترين ايشان		و كط لز	يط و		ه		

3	Præcedens duarum reliquarum quæ ſunt in medio	6 29 16	20 48	4			
4	Sequẽs duarũ, eſtq; reliqua ∓ quatuor	7 0 1	20 0	5			
5	Quæ eſt in humero ſiniſtro præcedẽti	6 25 13	25 48	3			
6	Quæ eſt in humero dextro	7 4 40	21 57	3			
7	Quæ eſt in ſcapulâ ſiniſtrâ	6 28 25	27 45	5	S.42.		
8	Borealior duarũ præcedentiũ ∓ 4 quæ ſunt in Kadîb Kerm, i. Ramo vitis	7 7 25	23 0	4		ص	ط
9	Auſtralior duarum	7 8 34	24 0	4			
10	Quæ eſt in extremitate Rami vitis, eſtque è duabus ſtellis reliquis	7 11 16	18 6	4	J.46.		
11	Quæ reliqua eſt de quatuor, & plus quàm præcedens inclinat ad Auſtrũ	7 11 37	21 15	4			
12	Præced. triũ quæ ſũt in latere dextro	7 2 44	28 45	4	m.J.41.	ك	ه
13	Media trium	7 3 40	29 24	4	m.	ك	ه
14	Sequens trium	7 4 55	27 45	4	J.15.		ه
15	Quæ eſt in Lacerto dextro	7 6 7	26 42	4	m.	ك	ه
16	Quæ eſt in Radio dextro	7 12 22	25 33	3	J.14.		ج
17	Quæ eſt in extremitate manûs dextræ	7 16 46	24 15	4	m.	ك	ه
18	Stella lucida quæ eſt in extremo Corporis humani	7 6 55	32 48	3			ج
19	Sequẽs duarũ quæ eâ Borealiores ſũt	7 6 48	30 48	5			ه

ج	متقدم دو باقي كه در ميان اند	وط يو	كمح	ه
د	تالي همان دو واو باقي از چهار است	ز ح ا	كح	ه
ه	آنك بر منكب چپ مقدم است	و كه يج	كه مح	ج
و	آنك بر منكب راست است	ز ه م	كا دز	ج
ز	آنك بر كتف چپ است	وكح كه	كزمه	ه
ح	شمالي ترين دو كوكب متقدم از آن چهار كه بر قضيب كرم اند يعني شاخ رز	ز ز كه	كج ح	ه
ط	جنوبي ترين همان دو	ز ح لن	كن ح	ه
ي	آنك بر طرف شاخ رز است از دو كوكب باقي	ز يا يو	كح و	ه
يا	باقي آن چهار واو مايل تر است از آنك پيش اوست بجنوب	ز يا لز	كا يه	ه
يب	متقدم آن سه كه بر پهلوي راست اند	ز ب من	كح مه	ه
يج	اوسط همان سه	ز ج م	كط كد	ه
يد	تالي همان سه	ز ه ده	كز مه	ه
يه	آنك بر بازوي راست است	ز و ز	كو مب	ه
يو	آنك بر ساعد راست است	زيب كب	كه لج	ج
يز	آنك بر طرف دست راست است	ز يو مو	كن يه	ه
يح	آن كوكب روشن كه بر آخر بدن انسان است	ز و ده	لب مح	ج
يط	تالي آن دو كه از و شمالي اند	ز و مج	ل مح	ه

20	Præcedens duarum		7 5 55	30 0	5		
21	Quæ est in extremo dorsi Hominis, in initio dorsi Equi		7 1 55	34 54	5	S.55.	
22	Quæ eam præcedit, estq; in Dorso		6 28 1	37 42	5		
23	Sequens trium quæ sunt in Lumbo, i.e. inter Nates		6 24 40	40 12	3		
24	Media trium		6 23 46	40 0	5		
25	Præcedens trium		6 21 55	41 0	5	m.	
26	Præcedens duarũ sibi invicẽ vicinarũ		6 22 4	46 6	3		
27	Sequens duarum		6 23 11	46 15	5		
28	Quæ est in Pectore sub Axilla		7 8 1	40 45	5	p.	
29	Præcedẽs duarũ quæ sub Ventre sũt		7 6 1	43 0	3	P.4.	
30	Seq. duarũ, quã Ptolemæus dicit esse magnitudinis 3ª: sed Abdurrahmân Sûphi nullã stellã hîc apparere dicit.				*	P.2.	
31	Quæ est in Suffragine pedis dextri		6 29 41	51 10	2	P.3.	
32	Quæ est in Talo hujus pedis		7 5 1	51 40	2		
33	Quæ est in Suffragine pedis sinistri		6 26 1	55 10	3	p.	
34	Quæ est in dorso Tarsi hujus pedis		7 0 51	55 20	2		
35	Quæ est in extremitate pedis dextri à parte anteriori, *sc.* in extremitate manûs i. *anterioris pedis* Jumenti	*Rigil Kentaurus*	7 28 1	41 10	1		

ه	ح ل	ز ه نه			متقدم همان دو	ك
ه	لد ند	ز ا نه			آنك بر آخر پشتست از مردم و اوّل پشت فرس	كا
ه	لز مب	وكح ا			آنك متقدم اوست و بر پشت است	كب
ج	م يب	وكد م			تالي آن سه كه بر قطن اند يعني ميان دو سروت	كج
ه	م ح	وكج مو			اوسط همان سه	كد
ه	ما ح	وكا نه			متقدم همان سه	كه
ج	مو و	وكب د			متقدم آن دو متقارن كه بر فخذ راست اند	كو
ه	مو يه	وكج يا			تالي همان دو	كز
ه	م مه	ز ح ا			آنك بر سينه است در زير بغل است	كح
ج	مج ح	ز و ا			متقدم آن دو كه زير شكم اند	كط
					تالي همان دو و بطلميوس كفته از قدر سوم است و عبد الرحمن صوفي كفته اينجا هيچ كوكب مرئي نيست	ل
ب	نا ي	وكط ما			آنك بر مابض پاي راست است	لا
ب	نا م	ز ه ا			آنك بر كعب اين پاي است	لب
ج	نه ي	وكو ا			آنك بر مابض پاي چپ است	لج
ب	نه ك	ز ح نا			آنك بر پشت رسغ اين پاي است	لد
ا	ما ي	ركح ا	رجل قنطورس		آنك بر طرف پاي راست است از پيش يعني بر طرف دست ستور است	له

36	Quæ eſt in genu ſiniſtro, *ſc.* in manu (*i. anteriori pede*) ſiniſtrâ Jumenti		7 13 51	45 20				
37	Quæ extrà eſt, ſub dextro pede poſteriori.		7 4 21	49 10	A.	2 4	m. p.	
	12. *Stellæ Feræ.*							
1	Quæ eſt in extremitate poſterioris pedis Feræ, prope manum Centauri		7 17 7	25 0	A.	3		
2	Quæ eſt in Suffragine hujus pedis		7 15 25	30 3		3		
3	Præcedẽs duarũ quæ ſunt in Scapulâ		7 21 4	21 18		4	m.	
4	Sequens duarum		7 23 25	21 18		3	p.	
5	Quæ eſt in medio corporis Feræ		7 22 37	25 12		4	m.	
6	Quæ eſt in Ventre ſub Umbilico		7 19 19	27 30		5		
7	Quæ eſt in Fœmore		7 20 7	29 12		5		
8	Borealior duarum quæ ſunt in radice Fœmoris		7 22 31	29 0		5		
9	Auſtralior duarum		7 22 4	29 57		5		
10	Quæ eſt in extremitate Lumbi		7 25 41	33 10		4	p.	
11	Ptolemæus dicit hanc ſtellã eſſe Auſtraliorem trium in extremitate caudæ, ibi verò nulla ſtella conſpicitur		7 9 41	31 20		5		
12	Media trium		7 11 13	30 36		4	p.	
13	Borealior trium		7 12 25	29 24		5		

لو	آنك بر ركبهٔ چپ است يعني بر دست چپ ستور است		ز يج نا مه ك			ب		ے
لز	آنكه خارج است در زير پاي مؤخر راست		ز د كا مط ي	ج	د			ص
	كواكب سبع							
ا	آنكه بر طرف پاي پسين سبع است نزديك دست قنطورس		ز يز ز كه ة	ج		ج		
ب	آنك بر مابض اين پاي است		ز يه كه ل ج			ج		
ج	متقدم آن دو كوكب كه بر كتف اند		ز كا د كا يج			د		ے
د	تالي همان دو		ز كج كه كا يج			ج		ص
ه	آنك بر ميان بدن سبع است		ز كب لز كه يب			د		ے
و	آنك بر شكم است در زير سرّه		ز يط يط كز ل			ه		
ز	آنك بر فخذ است		ز ك ز كط يب			ه		
ح	شمالي آن دو كه بر بن فخذ اند		ز كب لا كط ة			ه		
ط	جنوبي ترين همان دو		ز كب د كط ذ			ه		
ي	آنك بر طرف قطن است		ز كه ما لج ي			د		ص
يا	اين كوكب را بطلميوس كفته است جنوبي آن سه است كه بر طرف دنبال است وآنجا هيچ كوكب مرئي نيست		ز ط ما لا ك			ه		
يب	اوسط همان سه		ز يا يج ل لو			د		ص
يج	شمالي همان سه		زيب كه كط كد			ه		

14	Auſtralior duarũ quæ ſunt in Collo	7 28 1	17 18		4		
15	Borealior earundem	7 28 19	15 45		5		
16	Præcedens duarũ quæ ſunt in Naſo	7 24 55	13 21		5	m.S.25.	
17	Sequens duarum	7 26 1	13 30		5	p.	
18	Auſtralior duarum quæ ſunt in præcedenti pede, i. in Manu	7 16 40	13 6		6		
18	Borealior earundem	7 16 58	11 30	A.	5	p.	
	13. *Stellæ Thuribuli.*						
1	Borealior duarum quæ ſunt in Baſi	8 17 21	22 40	A.	4		
2	Auſtralior duarum	8 20 1	25 45		4		
3.	Quæ eſt in medio capitis Thuribuli	8 15 51	26 30		4	m.	
4	Borealior trium quæ ſunt in loco Ignis	8 10 21	30 20		5	p.J.iii	
5	Auſtralior duarum ſibi invicem vicinarum, quæ reliquæ ſunt de tribus ſtellis Ignis	8 14 51	34 10		4	p.	
6	Borealior duarum	4 14 41	33 20		4		
7	Quæ eſt in extremitate flãmæ Ignis	8 10 31	34 0	A.	4		
	14. *Stellæ Coronæ Auſtralis.*						
8	Quæ præcedit extra Peripheriam Auſtralem	8 28 7	22 0	A.	4	S.51	

يد	جنوبي همان دو که بر کردن اند	ز کح ا	يز يج		ه		
يه	شمالي ترين همان دو	ز کح يط	يه مه		ه		
يو	متقدم آن دو که بر خطم يعني بيني اند	ز کن نه	يج کا		ه		ک
يز	تالي همان دو	ز کو ا	يج ل		ه		ص
يح	جنوبي ترين آن دو که بر پاي مقدم اند يعني بر دست	ز يو م	يج و			و	
يط	شمالي ترين همان دو	ز يو دح	يا ل	ج	ه		ص
	کواکب مجمره						
ا	شمالي ترين آن دو که بر قاعده اند	ح يز کا	کب م	ج		و	
ب	جنوبي ترين همان دو	ح ک ا	کد مه			ه	
ج	آنک بر ميان سر مجمره است	ح يه نا	کو ل			ه	ک
د	شمالي ترين آن سه که بر موضع آتش اند	ح ي کا	ل ک		ه		ص
ه	جنوبي ترين دو متقارن باقي از سه کوکب آتش	ح يد نا	له ي		ه		ص
و	شمالي ترين همان دو	ح يد ما	لج ک		ه		
ز	آنک بر طرف زبانهٔ آتش است	ح ي لا	له ح	ج	ه		
	کواکب اکليل جنوبي						
ا	آنک متقدم است از بيرون از جمله قوس جنوبي	ح کح ز	کب ح	ج	ه		

2	Quæ eam ſequitur eſtq; in Corona	9 1 34	21 18	6			
3	Sequens hujus ſequentis	9 2 16	20 30	6	m.		
4	Sequens iſtius ſequentis	9 3 52	19 51	5	p.		
5	Quæ iſtam ſequitur, eſtq; ante genu Sagittarii	9 5 16	18 18	5	p.		
6	Quæ hanc ſtellam ſequitur, eſtq; Borealior quam ſtella Sagittarii	9 6 10	17 18	5			
7	Quæ ſtellâ memoratâ Borealior eſt	9 6 1	16 12	5			
8	Quæ ab hac ſtellâ tranſiens, etiam Borealior eſt	9 5 34	15 15	5			
9	Sequens duarum quæ præcedunt proximè ab hac ſtella, ſuntq; in Peripheriâ Boreali	9 4 16	15 12	6			
10	Præcedens duarum iſtarum obſcurarum quæ memorantur	9 4 1	14 39	6	J.19.		
11	Quæ has duas præcedit, ab ipſis verò longè *diſtat*	9 1 25	15 0	5	p.		
12	Quæ præcedit hanc alteram ſtellam	8 29 7	16 0	5	p.		
13	Reliqua de ſtellis, eſtq; Auſtralior	8 28 1	18 36	A. 5			
	15. *Stellæ Piſcis Auſtralis.*						
1	Quæ eſt in Ore, eſtq; ea ſtella quæ eſt in initio Aquæ	10 20 40	21 30	A. 4			

ب	آنک تالي اوست و بر اکليل است	ط ا لد	كا يح	و			
ج	تالي اين تالي	ط ب يو	ك ل	و	ك		
د	تالي اين تالي	ط ج يب	يط نا	ه	ص		
ه	آنک بعد ازوست و او در پيش ركبهٔ رامي است	ط ه يو	يح يح	ه	ص		
و	آنک بعد ازين كوكب است و او شمالي تر است از كوكب رامي	ط و ي	يز يح	ه			
ز	آنک از كوكب مذكور شمالي تر است	ط و ا	و يب	ه			
ح	آنک ازين كوكب كذشته هم شمالي تر است	ط ه لد	يه يه	ه			
ط	تالي دو كوكب متقدم كه بعد ازين كوكب اند در قوس شمالي	ط د يو	يه يب	و			
ي	متقدم همين دو تاريك كه ذكر كرده اند	ط د ا	يد لط	و			
يا	متقدم بر همين دو واز ايشان دور	ط ا كه	يه ح	ه	ص		
يب	متقدم برين كوكب آخر	ح كط ز	يو ح	ه	ص		
يج	باقي كواكب و او بجنوب مايل تر است	ح كح ا	يح لو ج	ه			
	كواكب حوت جنوبي						
ا	آنک بر دهن است و او ان كوكب است كه بر ابتداء آبست	ي كم	كا ل ج	د			

2	Præcedens trium quæ ſunt in circuitu Capitis	10 24 10	23 30		4	
3	Media trium	10 24 55	23 48		4	
4	Sequens trium	10 24 46	17 45		4	
5	Quæ eſt in Ventre	10 15 55	21 0		5	
6	Quæ eſt in Auſtrali Spina quæ eſt in Dorſo	10 22 7	16 45		6	p.
7	Sequens duarũ quæ ſunt in Ventre	10 18 47	16 15		5	
8	Præcedens duarum	10 15 22	15 30		5	
9	Sequẽs triũ quæ ſũt in Spina Boreali	10 11 19	16 54		5	m.
10	Media trium	10 10 25	18 33		4	
11	Præcedens trium, eſtq; in extremitate Caudæ	10 10 25	23 15	A.	3	p.P.28.

EXPLICIUNT.

ب	متقدم آن سه که بر استدارت سر اند	ي كد ي	كج ل		د		
ج	اوسط همان سه	ي كد نه	كج مح		د		
د	تالي همان سه	ي كد مو	يز مه		د		
ه	آنك بر شكم است	ي يه نه	كا ح		ه		
و	آنك بر شوكه جنوبي است كه بر پشت است	ي كب ز	يو مه		و		ص
ز	تالي آن دو كه بر شكم اند	ي يح مز	يو يه		ه		
ح	متقدم همان دو	ي يه كب	يه ل		ه		
ط	تالي آن سه كه بر شوكه شمالي اند	ي يا يط	يو ند		ه		ك
ي	اوسط همان سه	ي ي كه	يح لج		د		
يا	متقدم همان سه و او بر طرف دنبال است	ي ي كه	كج يه	ج	ج	ج	صا

تم تم
تم

In Vlugh Beighi *Tabulas Stellarum fixarum Commentarii.*

HOs ſequentes Commentarios (juxta *Ulugh Beighi* methodum) à Polo Boreali tanquam à ſuperiori cœli cardine auſpicari viſum eſt; & exinde Aſteriſmorum ſeriem (Deo duce) perſequemur, donec tandem ad alterum illum inferiorem Cardinem deventum fuerit. Et in his præſtandis, ubicunque ſtellarum nomina (qualia ſunt apud *Arabes* quamplurima) occurrerint, ſingula ſpeciatim excutientes, ob oculos ponemus, & eorundem genuinos ſonos characteribus Latinis enuntiabimus; eo quidem conſilio, ut, quicquid heic in medium adducitur, omnibus etſi linguarum Orientalium ignaris quàm maximo uſui eſſe poſſit. Priùs autem quàm Conſtellationes ipſas aggrediamur, aliquid de ſtellis in genere præfandum cenſemus.

Stella itaq; Arabibus dicitur كوكب Cáucab; quod tamen abſolutè poſitum aliquando *Planetam* ſignificat, ut ſæpè Syriacũ ܟܘܟܒܐ Cáucbo, & Heb. כוכב Cocàbh, quorũ hoc etiam κατ' ἐξοχὴν *Mercuriũ* denotat. Sed & Arab. كوكب Cáucab, ferè rem quamvis albam, micantem ac rotundã denotare ſolet: uti apud Turgjemân Arabicum, *Eſt macula alba quæ nigredini oculorum accidere ſolet*, ſc. *Albugo*: item *ſtrictura* ſive *ſcintilla* à ferro exiliens. Plura videre licet apud Doctiſſ. *Golium* in Lexico Arabico. Homero ſtellæ dicuntur Τείρεα, παρὰ τὸ τερατώδη καὶ σημειώδη ταῦτα εἶναι. In plurali appellantur Arabicè كواكب Cawâkib, & نازعات Naziât: hoc poſterius Clariſſ. Golius reddit *Sidera*; & *Sidus* Latinis idem ac Græcis Ἄστρον *Aſtrum*, quod quomodo differat ab Ἀστὴρ *Stella*, diſtinguit Suidas his verbis: Ἀστὴρ Ἄστρου διαφέρει· ὁ μὲν Ἀστὴρ ἔν τι ὑπέστι, τὸ δὲ Ἄστρον ἐκ πολλῶν συνέστηκεν. Porrò Stellæ Arabicè vocantur خنس Chúnnes, vel Chuns: ſic in Camuſo خنس الكواكب كلها والسيارة منها *Chúnnes ſtellæ omnes: aut peculiariter Erraticæ.* Turgjemân Arabicus ait, خنس ستارگان پنهان شونده وستارگان متحير يعني سرگردان *Chuns ſignificat ſtellas occultatas, & ſtellas ſtupentes, i. e. vertiginoſas*; Planetas intelligit. *Stella magna ac ſplendens vocatur* دري *Dúrri* vel *Dírri*: namque tanta eſt (ut id obiter moneam) in lingua Arabica vocum copia, ut quæ aliæ gentes ſæpenumerò περιφραστικῶς & per longam verborum ambagem efferre coguntur, Arabes unâ tantùm voce ſatis feliciter exprimant. *Stella ignita, ardens* aut *ſcintillans* à *Camuſi* Authore vocatur درهرهة *Duráhraha*, quod Doctiſſ. *Golius* ex eodem legit درهرة *Dérhara*. *Stella rutilans ac fulgens* apud D. *Golium* ex *Camuſo* dicitur ميساء *Meiſá*: noſtra autem tria *Camuſi* exemplaria

emplaria legunt ميسان *Meisân*, quod ibidem sic exponitur نجم من الجوزا وكل نجم زاهر *Stella quædam ex Orione; item quævis stella splendens. Stellæ de una cœli parte in alteram migrantes* vocantur in plurali ناشطات *Nashitât*, sumptâ similitudine à ناشط Nâshit *Tauro qui à terra in terram migrat. Stella cadens* dicitur شهاب *Shihâb:* Turgjemân Arabicus Persicè exponit ستاره كه بشب روچون اتش *Stella quæ nocte incedit sicut ignis*: & apud eundem ستاره دیو اندازد *Stella Dæmones pellens*: nam quasvis stellas cadentes, in dæmones immissas esse fabulantur Orientales. Stella crinita, seu Cometa كوكب مذنب Cáucab Modánnab, i.e. *Stella caudata.* Stellæ fixæ appellantur ثوابت Thawâbit, à singulari ثابت Thâbit, *fixus, firmus.* Non autem sic vocantur, quòd omni prorsus motu careant: nam secundùm Hypothesin antiquam, Fixarum Sphæra duplici motu volvitur; altero *Diurno*, dum sc. Primum mobile eam secum ab Ortu in Occasum circumrapit; *Proprio* altero (ut & Planetarum) ab Occasu in Ortum: & in utroque, Orbi suo quasi infixæ adhærent, & rectà pergunt, secùs quàm Planetæ, qui motu vago & inconstanti, jam tardo & jam veloci, directo, & retrogrado feruntur.

Ut autem singulæ stellæ fixæ pro natâ occasione commodiùs reperiri possent, excogitandæ erant Imagines seu Figuræ, ad quas totum stellarum agmen (Sporadibus exceptis) reduceretur. De harum numero variant Authores. *Ptolemæus* numerat 48. alii aliter. At Orientales præter hasce quadraginta octo Majores, multas etiam Minores constituunt. Et quomodo se habuerint *Persarum, Indorum*, & *Barbarorum* Sphæræ, partim colligi potest ex *Abu Masher* (vulgò *Albumasar*;) partim ex *Aben Ezræ* libro, cujus partem de Decanis Signorum edidit doctiss. *Scaliger.* Quòd verò istæ Imagines cum nominibus suis parùm conveniant, dicere non opus est. Hæ Græcis vocantur Ἀστερισμοὶ *Asterismi* seu *Constellationes*; item Μορφώσεις *Figuræ*; sicuti quoque Orientalibus dicuntur صور Súwer, i.e. *Figuræ*, à singulari صورت Sûrat, i. e. *Forma, figura.* Quæ verò in Zodiaco reperiuntur, peculiari etiam nomine vocantur بروج Burûgj, à singulari برج Búrgj, i.e. *Turris:* & hoc factum videtur à Græco πύργος, uti ex notis ad Arietem clariùs liquebit. Judæis quidem propter Influxum, vocantur מזלות Mazzaloth, à sing. מזל Mazzal, i. e. *Sidus, Astrum, Signum cœleste:* item *Planeta*, & inde *Fortuna*: unde מזל טוב Mazzal Tobh, i.e. *Bona fortuna.* Est enim à נזל Nezàl *descendit, influxit.* Apud Judæos sit rarior mentio Constellationum, præterquam Zodiacalium. Cœlum autem hoc modo formatur à *Rabbi Jochai* in libro *Zohar*, ubi dum commentatur in hæc verba ex libro *Exodi* ועשית קרסי נחשת *Et facies uncinos æreos* &c. prolixam fabulam narrat, cujus epitomen heic Latinè dedi. *In firmamento sunt* 100 *fenestræ, & per singulas fenestras stellæ quædam tam virides quàm rufæ exire vel prospicere dicuntur. Sex autem harum fenestrarum*

fenestrarum sunt cæteris longè ampliores, quorum nomina cum stellis quæ per eas prospiciunt, sequuntur. Prima vocatur חלון זהרא *Challon zahara, i.e. fenestra splendoris: & stella quæ per eam prospicit, vocatur* יד Jad, *i. e. manus, quæ prodit sicut manus expansa cum* 5 *digitis splendidissimis. Secunda est* חלון טופרא *Challon tuphra, i.e. Fenestra unguis, quia unguem refert: & stella quæ per eam prodit, vocatur* צפעון *Siph'on, i.e. Basiliscus: habetq; Caput & Caudam tanquam Basiliscus. Per hanc fenestram egrediuntur sexcenties mille myriades spirituum, qui unguibus hominum præsunt. Tertia est* חלון חושנא *Challon Chushna, i. e. fenestra pectoralis: et stella per eam egrediens vocatur* נגהא דבוסיני *Nog'ha de Busini, i.e. Splendor lucernæ. Quarta est* חלון גביע *Challon Gavîa, i. e. Fenestra Scyphi; unde egreditur stella quam sapientes vocare solent* אשכול הכופר *Eshcol haCopher, i.e. Botrus Camphoræ. Quinta fenestra dicitur* באר *Beër, Puteus: & stella quæ inde egreditur, intrat & exit, ad modum haurientis situlæ quæ nunquam sistenda est in secula. Sexta fenestra dicitur* נגהא *Nog'ha, i.e. Lumen, splendor: & stella quæ per hanc fenestram exit, vocatur* גזרון *Gizron, eò quòd præsit cuivis rei quæ in judicium adducitur, quatenus pœnæ vel præmia decernenda sunt.* Est enim גזר Gezàr *decrevit*, & גזר Gézer *Decretum judiciale.*

At quod attinet Constellationes quæ hodie reperiuntur, quisnam in hanc formam, quâ jam describuntur, redegerit, vix tutum est divinare, dum alii *Ægyptiis* vel *Assyriis*, alii *Græcis*, omnes autem remotissimæ antiquitati tribuunt. Nec immeritò quidem; nam aliquot Constellationum nomina reperiuntur apud vetustos Authores, qui ante bis mille annos floruerunt: ex quibus est *Hesiodus*, qui septimo ante *Christum* seculo in tempore captivitatis Babylonicæ, ad initium Olympiadum floruisse perhibetur: vel ut D. *Palmer* ex *Arcturi* ortu Acronycho colligit, anno ante *Christum* decimo supra millesimum: sic ipse

Ἔυτ' ἄν δ' Ὠρίων καὶ Σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ
Ἀρκτοῦρον, Ἠριγένειαν δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς.

Et paulò pòst, Πλειάδες θ' Ὑάδες τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος.

Et *Homerus*, qui multis annis *Hesiodi* seculum præcessit, sic canit;

Ἄρκτον θ' ἣν Ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥτε αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει.

Et Græci veteres Heroes suos ac Heroinas aliquot (uti sunt *Perseus, Cepheus, Hercules, Cassiepeia*, & *Andromeda*) inter Astra retulerunt; sicque cœlo inscribentes eorum nomina, seræ posteritati legenda reliquêre: hæcque tantùm est cœlestis illa scriptura, quam (quicquid nugatæ fuerint insanæ mentes) in stellis legere licebit. Constellationes verò omnes eodem tempore excogitatas non fuisse satis constat; sed *Comam Berenices* à *Conone*, & ab aliis alias, idque diversis quidem seculis. At hujus rei pleniorem notitiam, doctioribus, quibus plus otii suppetit, altiori indagine exquirendam relinquo.

Stellarum nomina quæ in libris *Arabum* occurrunt, uti ſunt plus vel minùs antiqua, ita ſub duplici ratione expendenda ſunt. Minùs antiqua ſunt nomina Signorum, & partium eorundem, (ut ſunt membra animalium cœleſtium, & ejuſmodi) quæ è linguâ Græcâ in Arabicam tranſplantata ſunt. Antiquiora verò ſunt eminentiorum aliquot ſtellarum nomina in pleriſq; Conſtellationibus ſparſim occurrentia, quæ non ſunt à *Græcis* accepta, ſed ab ipſis *Arabibus* primitùs atque à ſummâ antiquitate excogitata ac impoſita fuêre. Et hujus generis etiam ſunt Conſtellationes minores, quæ in Majoribus reperiuntur, ut عوا *Auwâ* in Virgine, بنات النعش *Benât AlNa'ſh* in Urſa majori, عيوق *Aiyûk* & الجدیان *AlGjedyân* in Auriga, & معلف *Ma'laph* cum الحمارين *AlHimarein* in Cancro, & aliæ plures, quæ Græcis prorſus incognitæ fuerunt, quoniam in Arabum libris, quos Sapientes Græcorum nunquam evolvebant, latuêre: cùm è contrario omnes ferè Græcorum libros ſedulò inſpiciebant Arabes, & *AlMamonis* Chaliphæ juſſu in ſuam linguam tranſferebant. Doctiſs. *Ricciolus* in Præfatione ad ſuum AlMageſtum novum, ſic diſſerit, *Equidem inſiciari non auſim Aſtronomiam cum ipſis penè Aſtris ortam; primamq; inter infuſas divinitùs Adamo in actum & experimentum deductam eſſe.* Si itaque Aſtronomiæ tanta antiquitas adſcribenda ſit, conſectarium erit ſtellarum nomina pari vetuſtate gaudere. Hinc ſunt qui aſſerunt *Sethi* columnis inſcripta, cui quidem ſententiæ ſuffragari videtur *Suidas* his verbis. Θεὸν δὲ τὸν Σὴθ οἱ πάλαι ἄνθρωποι προσηρόδον, διὰ τὸ ἐξευρηκέναι τά τε Ἑβραϊκὰ γράμματα, τάς τε τῶν ἀστέρων ὀνομασίας, καὶ πρὸς τούτοις πολλὴν συνέσεσιν αὐτῷ ἀναμάσαντες. Hæc autem Hebraica nomina (exceptis paucis quæ in Bibliis conſervantur) temporis injuriam paſſa, perierunt. Arabica verò quandocunque impoſita, nunquam intercidêre: & quod notatu digniſſimũ, nulla prorſus in toto terrarum orbe lingua extat, in quâ tot ſtellarum nomina, quot in Arabicâ, reperiuntur. Quódq; pars hodiernorum nominum à priſcis Arabum emanârint, ſuadet ipſa nominum ratio toties à pecoribus & rebus ad greges pertinentibus petita, nè minimo ad Græcorum Conſtellationes reſpectu habito. Et hoc quidem facilè evenire potuiſſe judicetur, dum ad Arabum vivendi modum attenditur: hi enim vel in Tentoriis vel ſub Dio noctes diéſq; agentes, & (ut armentis gregibuſque paſcua quærerent) locatim palantes, commodiſſimam inter Greges & Stellas collationem inſtituere non dubitabant, & pro re natâ, nomina imponebant. Hâcque ratiocinatione admiſſâ, maxima dictis nominibus antiquitas tribuenda erit: cùm enim Arabes à principio hac paſtorali vitâ uſos fuiſſe compertum ſit, profectò nihil (quantum judicare poſſum) obſtat, quin hæc ſtellarum nomina Arabica cum ipſis fermè Arabum primordiis nata atque inſignita videantur.

Et jam nomina omnia ex Orientalium monumentis illuſtrari conabimur, idq; præſertim cùm aliorum ἀκριβῶς hac in re adhuc deſideratam eſſe perſpexerimus: nam

nam in his enuntiandis explicandiſque turpiſſimè hallucinati ſunt viri quidam aliàs doctiſſimi, quorum nomina ſilentio prætereunda duximus; non enim delectat aliorum nævos nimis acriter perſtringere, cùm de propriis obtegendis ſit potiùs ſollicitè laborandum.

Pars Fixarum deſignant Manſiones ſive Domicilia Lunæ, quibus Zodiacus viginti octo partibus abſolvitur: & in his Luna ſingulis Νυχθημέρῳ commorari ſolet; ideóque eas vocant Arabes منازل القمر Manâzil AlKámer, i. e. *Manſiones Lunæ*, vel abſolutè المنازل AlManâzil, *Manſiones*, á ſingulari منزل Mánzil. Dicuntur quoq; نجوم الاخذ Nugjûm AlAchd, i. e. explicante D. Golio, *Stellæ progreſſûs* ſeu *ingreſſûs*, quòd quâvis nocte Luna alias atque alias ſubit: vel اخذ Achd *Comprehenſionem* aut *Receptionem* denotare poteſt, eò quòd Manſiones his ſtellis diſtinctæ Lunam ſingulis noctibus recipiant. Perſis ſingulæ appellantur خرمن Chirman, i.e. *Area*. Turcis اي اغلي Ai Aghili, i.e. *Lunæ Domicilium*; vel اي كون اغلي Ai Kjûn Aghili, i. e. *Domicilium Lunæ diurnum*. Coptitis Ⲛⲓⲙⲟⲛⲏⲧⲉ ⲧⲱⲓⲧⲓ, i.e. *Manſiones Lunæ*; nam abjectis literis ac ſyllabis numerorum ac caſuum formativis, Ⲙⲟⲛⲏ eſt *Manſio*, & ⲓ̀ⲟ *Luna*, proferendum *Iöh*. Hæ à *Kirchero* in *Supplemento Scalæ* minùs rectè recenſentur: quamobrem juxta traditionem Arabum ac Perſarum Lectori ob oculos ponemus; additis conferendi cauſâ nominibus quæ apud *Alpherganum* ab imperito Interprete plerumque depravantur & vitioſè efferuntur. Et, ſi cum vel ſine Articulo ال *Al* nominentur, idem erit.

I. Manſio prima appellatur in numero duali (quia duabus ſtellis conſtat) الشرطان AlSheratân, vel à Perſis quaſi in formâ Genitivi caſûs, الشرطين AlSheratein: Nam Perſæ Dualia Arabica uſurpantes, in hac forma ſemper efferre ſolent. Apud *Alpherganì* Interpretem *Aſerten* malè; quod juxta regulam ab *Erpenio* traditam, proferendum erat *Aſhſheratân*, Lam Articulari abſorpto à ſequenti literâ Solari per Teſhdid geminatâ: ſic الصرفة *Aſſerpha*, &c. Cùm autem Articulus ال *Al* non ſit integralis pars nominis, ſed æquè abeſſe aut adeſſe poſſit, nos omnia eo modo enuntiavimus, ut qui vis Lector (etſi Arabiſmi imperitus) ſimplicia ac genuina nomina ab eis quæ Articulos adjunctos habent, diſtinguere valeat; quod aliàs fieri non potuit. Quapropter in ſuo loco ſcripſimus *AlSerpha*: & ſic de aliis, quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

II. Secunda البطين AlBotein, i.e. *Ventriculus* ſeu *venter parvus*. Alpherganо *AlButen*.

III. Tertia الثريا AlThuraiyâ, i. e. *Plejades*: à multitudine ſic dictæ. Eſt nempe forma diminutiva ثريّ Thérwa, *multus*, *copioſus*, *abundans*. At meritò rejicienda eſt inepta derivatio, quam *Kircherus* deducit à ثور *Thaur*, quòd ſint in Signo Tauri.

IV.

IV. Quarta الدبران AlDebarân, i. e. *Hyades*. Et *AlDebarân* aliquãndo peculiariter denotat lucidissimam *Hyadum*, quæ eminentiæ causâ etiam dicitur عين الثور Ain AlThaur, i.e. *Oculus Tauri*. Græcè appellatur Λαμπαδίας, ob insignem splendorem.

V. Quinta الهقعة AlHek'a, quod est nomen trium stellarum in capite *Orionis*: unde *Alphergano* dicitur Râs Algeuze, i.e. *Caput Orionis*. At Algeuse, vel potiùs AlGjauzâ *Geminos* subinde significat.

VI. Sexta الهنعة AlHen'a: *Alphergano* AlHanach, malé. *Aben Ragel* (citante *Kirchero*) vocat hanc Mansionem كتف التوءمان Kitph AlTawamân, i.e. *Scapula Geminorum*. *Ulugh Beigh* ponit in Pedibus Geminorum: unde autem tanta discrepantia non constat.

VII. Septima الذراع AlDirâ, i. e. *Cubitus*, *Brachium*. *Phiruzabadio* ac *Gjeuhario* ذراع الاسد Dirâ AlAsad, i.e. *Brachium Leonis*. Addit *Gjeuharius* وهما كوكبان نيران ينزلهما القمر *sunt duæ stellæ lucidæ, in quibus commorari solet Luna*. Non autem est Brachium Leonis propriè sic dictum: sunt enim duæ stellæ lucidæ in capitibus Geminorum; unde *Alphergano* septima Mansio dicitur *Caput Geminorum*. Quale sit Brachium Leonis, videsis in notis ad Gemellos. Copticè dicitur Πιμαὶ Pimahi, i.e. *Cubitus*: dicitur quoq; Πιμαὶτηκων Pimahintekeon, i.e. *Cubitus Nili*: nempe κων est *Gihon*, per quod omne flumen magnum designari fortè imaginentur Coptitæ: at *Gihon* propriè sumptum, est *Oxus* flumen. Hæc Mansio (referente *Kirchero*) sic dicitur, eò quòd circa hanc stationem Lunæ incrementa *Nili* incipiebant comparere in Nilometro.

VIII. Octava النثرة AlNéthra: pro quo *Alphergani*us habet *Anachera*, sed malé: meliùs si pro *c* adhiberetur *t*.

IX. Nona الطرفة AlTerpha; quibusdam الطرف AlTerph: *Alphergano* Altaref, malé. *Gjeuharius* dicit, الطرفة كوكبان يقدمان الجبهة وهما عينا الاسد ينزلهما القمر *AlTerpha sunt duæ stellæ quæ præcedunt AlGjebha (i.e.* Frontem Leonis:*) sunt q; Oculi Leonis, in quibus commorari solet Luna*. Addit *Phiruzabadius*, سميا بذلك لانهما عينا الاسد *sic vocantur, quia constituunt oculos Leonis*: nam طرف Terph *Oculum* significat.

X. Decima الجبهة AlGjeb'ha, i.e. *Frons*, sc. Leonis. Vitiosissima in hoc loco est *Alphergani* Translatio Latina, ubi Mansio decima dicitur *Alzobrach*, quod ad undecimam pertinet.

XI. Undecima الزبرة AlZub'ra, vel الخراتان AlCheratân, vel الخرتان AlChertân: *Alphergano* Algubra & Alcaraten, utrumque malé.

XII. Duodecima الصرفة AlSérpha: *Alphergano* Asampha, malé.

XIII. Decima tertia العوا AlAuwâ; *Alphergano* Alhanhe, malé.

XIV.

XIV. Decima quarta سماك الاعزل Simâk'AlA'zal: *Alphergano* Alazel.

XV. Decima quinta الغفر AlGaphr: *Alphergano* Algufre, malé.

XVI. Decima sexta الزبانا AlZubanâ, vel زبانه Zubâne; vel الزبان AlZubân, in duali الزبانان AlZubanân: item زبانية Zubâniya, cujus duale est زبانيتان Zubaniyatân, i.e. *Chelæ*. *Alphergano* Mizan, quod Interpres malè vertit *Duæ lances Libræ*, cùm potiùs absolutè totam *Libram* vel *Bilancem* significet.

XVII. Decima septima الاكليل AlIclîl, i.e. *Corona*, sc. Borealis. *Alpherg.* Alaclil, minùs bené.

XVIII. Decima octava القلب AlKalb, i.e. *Cor*, sc. Scorpionis.

XIX. Decima nona الشولة AlShaula: *Alphergano* Azula, malé.

XX. Vigesima النعايم AlNaâïm; aliis النعام AlNaâm: *Alphergano* Anhahen, malé.

XXI. Vigesima prima البلدة AlBelda, quod *Urbem Oppidumve* denotat. *Alphergano* malè, *Albendach*, ubi proclivis error ة Nun pro ل Lam. *Turgjemân* Arabicus بلدة منزل من منازل القمر اي منزل بيستة وبكم وهي ستة انجم من القوس تنزلها الشمس في اقصر يوم من السنة *Belda est una è Mansionibus Lunæ, nempe Mansio vigesima prima, quæ constat ex sex stellis Sagittarii, in quibus Sol cõmorari solet die totius anni brevissimâ*. Et in eandem etiam sententiam *Gjeuharius*. *Phiruzabadius* autem ait رقعة من السما لا كواكب بها بين النعايم وبين سعد الذابح ينزلها القمر وربما عدل فنزل بالقلادة وهي ستة كواكب مستديرة تشبه القوس *Est particula cœli stellis destituta, estq; inter AlNaâïm & Sa'd AlDâbih: in ea cõmorari solet Luna; nonnunquam verò deflectens, commoratur in Torque, qui constat sex stellis quæ semicirculari formâ arcum imitantur. Aben Ragel* (modò rectè citaverit *Kircherus*) sic legit, البلدة هو منزل القمر في برج الجدي بين النعايم ومسعد *AlBelda est Mansio Lunæ in signo Capricorni inter AlNaâïm & Maf'ad*: ubi malè legit *Maf'ad* pro *Sa'd AlDâbih*. Est autem dubio procul in Sagittario: ideóque intelligendus est *Aben Ragel* de stellis Sagittarii, quæ migrârunt in Dodecatemorion Capricorni.

XXII. Vigesima secunda سعد الذابح Sa'd AlDâbih, i. e. *Fortuna mactantis*: *Alphergan*us ait, *Sunt duæ stellæ parvæ, quarum septentrionalis obscura est, adhærens ei quam Arabes Orion nominant: propterea dicitur Fortuna decollantis*. Vix rectè assignat rationem nominis, uti ex sequentibus patebit.

XXIII. Vigesima tertia سعد البلع Sa'd AlBúla, à بلع Bálaa *deglutivit, absorpsit*.

XXIV.

XXIV. Vigesima quarta سعد السعود Sa'd AlSüûd, i.e. *Fortuna fortunarum.*

XXV. Vigesima quinta سعد الاخبية Sa'd AlAchbiya: Alphergano *Fortuna Centurionum*, malè: est enim Plurale à Singulari خباء Chibâ *Tentorium*, quod *Phiruzabadius* reddit etiam كواكب مستديرة *stellæ circulares*: & hæ fortassis aliquo modo formam Tentorii imitentur.

XXVI. Vigesima sexta الفرغ المقدم AlPhergh AlMukdim vel Mukâddem, i.e. *Evacuatio*, seu *Locus effusionis situlæ anterior*: apud *Alpherganum* legitur *Arahva*, quod fortassis est الرهوة AlRahwa, i.e. *Aquagium, Canalis.*

XXVII. Vigesima septima الفرغ الموخر AlPhergh AlMúchir vel Muáccher, i.e. *Locus effusionis situlæ posterior*: *Alphergano* Alfargu.

XXVIII. Vigesima octava الرشا AlRishâ, i.e. *Funis.* Nostrum *Gjeuharii* exemplar habet الرشا كوكب نير بنزلة القمر *AlRishâ est stella lucida ubi cõmorari solet Luna.* At Doctiss. *Golius* ex *Gjeuhario* sic legit, *Parvarum stellarum congeries referens Piscis formam; quæ dicitur* بطن الحوت *Betn AlHût, i.e. Venter Piscis: in cujus Umbilico Mansio quædam Lunæ est.* Apud Alpherganum, *Piscis septentrionalis, qui extenditur ad cornua Arietis.* [Vide notas ad *Andromedam.*] Harum singulæ in suis locis fusiùs explicantur; exceptis tribus طرفة, بلدة, & رشا, quæ (uti & ذراع) in *Ulugh Beighi* Tabulis non occurrunt.

Quædam Mansiones, ut vides, duobus nominibus gaudent, quorum nunc hoc, nunc illud, ab eis qui Mansiones recensent, usurpari solet; aliæ curtiùs ac contractiùs solito efferuntur: & communiter brevitatis causâ sequenti modo recitari solent, شرطين ، بطين ، ثريا ، دبران ، هقعة ، هنعة ، ذراع ، نثرة ، طرفة ، جبهة ، زبرة vel خرتان ، صرفة ، عوا ، سماك vel اعزل ، غفر ، زبانا ، اكليل ، قلب ، شولة ، نعايم ، بلدة ، ذابح ، بلع ، سعود ، اخبية ، مقدم ، موخر ، رشا ،

1. *Sheratein.* 2. *Bottin.* 3. *Thuraiyâ.* 4. *Debarân.* 5. *He'ka.* 6. *Hén'a.* 7. *Dirâ.* 8. *Néthra.* 9. *Terph* vel *Térpha.* 10. *Gjeb'ha.* 11. *Zúb'ra* vel *Chertân.* 12. *Sérpha.* 13. *Auwâ.* 14. *Simâk* vel *A'zal.* 15. *Gaphr.* 16. *Zubanâ.* 17. *Iclîl.* 18. *Kalb.* 19. *Sháula.* 20. *Naâïm.* 21. *Bélda.* 22. *Dâbih.* 23. *Búla.* 24. *Süûd.* 25. *Achbiya.* 26. *Múkdim* 27. *Múchir.* 28. *Rishâ.*

Ulugh Beigh, post enumeratas Lunæ Mansiones, de earum Ortu & Occasu sequentia subjungit, طلوع شرطين در حدود سنه الف وثلثين وسبعمايه اسكندري در بيست وششم نيسان باشد وبهر هفتاد سال يكروز زياده شود وبعد از سيزده روز طلوع بطين بود وهمچنين ديكر منازل وچون نوبت بسماك رسد طلوع غفر بعد از چهارده روز باشد وطلوع ديكر منازل سيزده سيزده باشد

باشد وقر رهمال كبيسه بعد از طلوع رشا طلوع شرطين هم بچهارده روز باشد وبا طلوع هرمنزلي سقوط رقيب او باشد وآن پانزده باشد از منزل

i.e. *In anno Alexandræo* 1730, *Ortus* τῦ *Sheratein erat in vicesimo sexto mensis Nisân: singulis autem septuagenis annis addendus est dies unus. Et post tredecim dies orietur Botein: & sic de cæteris Mansionibus. At quando advenerint vices* τῦ *Simâk, Ortus* τῦ *Gaphr erit post quatuordecim dies: aliarum verò Mansionum Ortus erunt post tredecenos dies. Et in anno Embolimæo post Ortum* τῦ *Rishâ, Sheratein etiam orietur quatuordecim diebus. Porro cum Ortu cujusque Mansionis fit Occasus oppositæ ejus, quomodo se habent Mansiones quindecim.* Jam verò, eò perventum est, ut Constellationes ipsas breviter perstringamus.

Ad Ursam minorem.

Polus Arcticus Arabibus dicitur قطب شمالي Kútub Shemâli, i. e. Πόλος Βόρειος: & aliquando pro ipsa *stella Polari* usurpatur. In Scalâ Copt-Arabicâ dicitur Copticè Πικυκλοῶν, fortè quia perpetuo κυκλοῦται. Constellationes Boreales Arabicè sonant صور شمالي Suwer Shemâli, i.e. Μορφώσεις Βόρειοι: & stellæ quæ sunt ad marginem, Ἀμόρφωτοι, *Informes*: Ulugh Beigho خارج صورت Chârigj Sûrat, *Extra Figuram* positæ dicuntur. Juxta Polum sunt duæ Ursarum Constellationes, de quibus *Didymus* in *Homerum* sic refert: Ἄρκτοι δύο δείκνυται ἐν Βορείῳ κλίματι, αὐτή τε ἡ Μεγάλη ἡ καλουμένη Ἅμαξα, διὰ τὸ εἰς ἁμάξης τύπον κατηρτῆσθαι. Καὶ ἐγγὺς ἐκείνης ἡ Μικρὰ ἡ Κυνόσουρα καλουμένη, διὰ τὸ ὡς κυνὸς ἔχειν ἀνακεκλασμένου ἐρρόν· ἧς Ὅμηρος ἐμνήσθη, ὡς ὑπερον εὐρεθείσης ὑπὸ Θαλοῦ τοῦ Μιλησίου ἑνὸς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν. Constellationum Borealium prima, est *Ursa minor*, Ptolemæo Ἄρκτος μικρὰ Ἀστερισμός. Ab *Ulugh Beigho* & Arabibus in masculino genere effertur دب اصغر Dub Asgher, i. e. *Ursus minor.* Et præterea *Ulugh Beigho* & Arabibus audit بنات النعش الصغري Benât AlNa'sh Al-Sughra, i.e. *Filiæ feretri minoris*: namque quatuor illæ quæ constituunt corpus Ursi, ferè quadratâ formâ *Feretrum* quodammodo referre videntur: & tres stellæ, quibus constat Cauda, sunt *Filiæ*, quæ quasi præcedunt Funus. Porro singulæ stellæ tum hujus tum *Feretri majoris* vocantur ابن نعش Ibn Na'sh, i.e. *Filius feretri*, vel *Ad feretrum pertinens*: ita enim obtinet usus hujusmodi locutionis apud Arabes, ut ابن السبيل Ibn AlSabîl, *Filius viæ*, i.e. Viator: ابن دهاليز Ibn Dahâliz, *Filius vestibulorum*, i. e. Puer expofitititius. Et eodem modo بنت Bint, *Filia*, in plurali بنات Benât; ut بنت الارض Bint AlArd, *Filia terræ*, i.e. Glarea: بنات الارض Benât AlArd, *Filiæ terræ*, i. e. Rivuli. Et ejusmodi sexcenta facili negotio enumerari queant.

Hæc Constellatio quibusdam dicitur עגלה Agjalâ, i.e. *Plaustrum*: sed hoc nomen peculiariter potiùs competit Urso majori. In hoc sensu *Scaliger*, *Schickardus*

kardus, & alii asserunt vocari Arabicè الركبة AlRucba, vel Arrucba; hoc verò in Arabum libris non occurrit: & præterea significat *Genu*; non autem *Plaustrum*, nisi recurras ad linguam Chaldaicam, ubi רכובה Recubà, vel potiùs, Recuvà, *Currum* aut *vehiculum* denotat. Quidam stellæ Polari tantùm hoc nomen restringunt.

Persis Asterismus iste vocatur هفتورنگ كهين Haphtûrengh kihîn, i.e. *Septentrio minor*; vel si mavis aut strictiùs ad verbum Græcè reddam Ἑπτάμορφος ἐλάσσων, ceu septem coloribus aut speciebus distinctus. Hoc nomen aliàs scribitur هفت رنگ Hapht rengh, & هفت اورنگ Hapht ávrengh, éstque utrisque Septentrionibus commune, modò distinguatur per voculas كهين مهين Kihîn & Mihîn, i.e. *Minor* & *Major*.

Stella quæ est in extremo Caudæ, quà plagam mundi denotat, dicitur Arabibus كوكب شمالي Caucab Shemâli, i.e. *Stella Borealis*, uti & Turcis يلدز شمالي Yilduz Shemâli; vel absolutè يلدز Yilduz, i.e. *Stella*: quà autem inter cæteras stellas celebriores peculiari nomine insignita est, Arabicè appellatur جدي Gjedi, i.e. *Hædus*. Hæc autem stella dicitur *Polaris*, non quòd exactè in ipso Polo sita, sed quòd sit eminentissima earum quæ sunt Polo proximæ: de hoc rectè monet Arabs doctissimus, cujus in altero Exemplarium *Ulugh Beighi* reperiuntur Notæ ad singulas Constellationes adjectæ: علي راس ذنبة كوكب نير وهو اقرب الكواكب النيرة الى القطب الشمالي يقال جدي *In extremitate Caudæ est stella lucida, quæ lucidarum omnium est Polo Arctico proxima; & dicitur Gjedi.* Et heic redarguendus occurrit *Christmannus*, qui in notis ad *Alpherganum* asserit *AlGjedi* non inveniri propè Polum: iste enim amphibologiâ nominis deceptus, ut videtur, *Capricornum* tantùm hoc vocabulo fortè designari judicavit. Sunt præterea exiguæ quædam stellæ in libris non memoratæ, quæ ferè circa Polum versantur, Græcis dictæ κοχλίαι, quasi circa Polum tripudiantes: de his dictus Arabs, وربما يتوهم من ذنبة ومن كواكب صغار اهليلجي في وسط القطب الشمالي لكونه دايرا علي نفسه *Fortassis etiam de Cauda esse censeantur stellæ aliquot minutæ in figura Myrobalanari, quæ sunt in medio Poli Arctici, eò quòd in se volvatur.* Vocabulum istud اهليلجي Ihlîlagji, quod *Myrobalanaris* reddo, est ab هليله Helila, vel اهليله Ihlîla, quod Persicè *Myrobalanum* notat: hoc vix probè animadvertebat *Joh. Gravius* vir aliàs doctissimus, qui idem interpretatus est *Lunularis*, quasi esset ab Arabico هلال Helâl, *Lunula*. Qualis autem sit hæc figura apud Mathematicos narrat *Shah Cholgius* شكل اهليلجي انست كه محيط باشد بدان دو قوس متساوي كه هريك از ان دو قوس كمه رباشد از نصف دايره *Figura Ihlîlagji talis est, quæ*

quæ comprehenditur à duobus arcubus sibi invicem æqualibus, quorum uterque minor est semicirculo. Duæ postremæ stellæ Feretri Arabibus dicuntur in numero Duali الفرقدان AlPherkadân, vel الفرقدين AlPherkadein, i.e. *Duo vituli*: nam Sing. فرقد Pherkad, ut reddit *Camûsi* Author, est ولد البقرة او الوحشية والنجم الذي يهتدي به كالفرقدين فيهما وهما فرقدان *Pullus vaccæ domesticæ aut sylvestris. Item stella quædam, quâ diriguntur homines, quæ sicut Pherkûd de earum alterutrâ dicitur: & ambæ sunt Pherkadân.* Ex sententia *Cæsii*, hoc totum Sydus in Meridiano circa medium noctis apparet mense Martio & Aprili.

Ad Ursam majorem.

Ulugh Beigho in masculino genere effertur دب اكبر Dub Acber, i.e. *Ursus major*. *Ptolemæo* Ἄρκτος μεγάλης ἀστερισμός. *Arato* Ἑλίκη, idque propter hanc rationem (ut videtur *Cæsio*) quia unius diei & noctis spatio circa Polum Arcticum ἑλίσσεται *volvitur*. Et propter similitudinem, quam septem stellæ majores videntur cum Plaustro communem habere, ortum est Græcum nomen Ἅμαξα μεγάλη, & Rabbinicum ac Arabicum עגלה & عجلة Agala, i.e. *Vehiculum*, *Plaustrum*: & hinc fortè unius literæ mutatione apud *Hesychium* dicitur Ἄγαρα. Ulugh Beigho & Arabibus etiam dicuntur بنات النعش الكبري Benât AlNa'sh AlCub'ra, i.e. *Filiæ feretri majoris*, eâdem ratione quâ in præcedenti Constellatione. Arabes Christiani, referente *Kirchero*, vocant quatuor stellas Corporis نعش لعازر Na'sh Laâzar, i.e. *Feretrum Lazari*: & tres in Cauda مريم ومرثا وامة *Mariam, Martham, ac Ancillam.* Persis audiunt هفتورنگ مهين Haphtûreng mihîn, i.e. *Septentrio major*. Turcis يدي كر يلدز Yidigher yilduz, i. e. *Septenæ stellæ*, vel يدي كر Yidighèr, *Septenæ*. Tota hæc Constellatio habet stellas 27, quarum duodecima & decima tertia simul vocantur in duobus codicibus الفقرة الثالثة AlPhik'ra AlThâlitha, i.e. *Vertebra tertia*: quoniam verò hæ stellæ non sunt in vertebris Dorsi, sed in pedibus, ideò veritati propriùs accedere videtur tertius codex, qui pro فقرة Phik'ra legit نقرة Nek'ra, i.e. *Cotyle*, *scrobs*, seu *cavitas ossis Tali*: & hoc in Tabulis calamo corrigere (spero) non dedignabitur Benignus Lector. In Tabulis alteris, quæ in calce hujus libri occurrunt, legitur قفزة Kaphza, sed malé. Stella decima sexta est ظهر الدب الاكبر Duhr AlDub AlAcber, *Dorsum Ursi majoris*: Articulus ال *Al* in Tabulis omissus est propter angustiam paginæ. Decima septima, est مراق الدب الاكبر Merâk AlDub AlAcber, i.e. *Epigastrium Ursi maioris*. Decima octava, est مغرز الدب الاكبر Meg'rez AlDub AlAcber, i.e. *Uropygium Ursi majoris*. Meg'rez est

propriè

propriè, *Locus insitionis Caudæ.* Decima nona, est فخذ الدب الاكبر Phacd AlDub AlAcber, i. e. *Femur Ursi majoris.* Et hæ quatuor jam dictæ constituunt النعش الكبرى AlNa'sh AlCub'ra, i.e. *Feretrum majus*, quod in Tabulis juxtà adscribitur. Stellæ vigesima & vigesima prima vocantur الفقرة الثانية AlPhik'ra AlThânija, i.e. *Vertebra secunda*: Vigesima tertia & vigesima quarta sunt الفقرة الاولى AlPhik'ra AlUla, i.e. *vertebra prima*: in utrisque meliùs (quod velim ut legatur) النقرة AlNek'ra, *Cotyle.* Tres stellæ sequentes, quæ constituunt Caudam, appellantur البنات AlBenât, i.e. *Filiæ*, sc. Feretri. Earum prima quæ est in radice Caudæ, in duobus codicibus legitur الحون Al-Haun, in altero codice الجون AlGjaun, quod fortassis *Albam nubeculam* significabit: & apud *Phiruzabadium* الحور AlHaur, quod, si legatur cum duplici *Phetâ*, AlHawer est *Corium rubrum*, vel *Albedo oculi*: & cum *Teshdid* AlHauwer, *Populus alba*: hæc eadem stella quibusdam dicitur الية Al'ya, i.e. *Cauda*, peculialiter quæ crassior est ac pinguior, quales in Oriente gestant oves usque ad pondus viginti librarum. Filiarum secunda est العناق AlInâk, cum vocali Cesrâ in *Camuso*: si legas cum Phetâ, AlAnâk, significabit *Capellam*; vel *Hylacem*, de qua vide notas ad Andromedam. Huic autem ad latus adjungitur alia quædam minuta stella, quæ Arabibus dicitur سهى Súha; sic enim suprà laudatus Arabs, وبجنب الكوكب الوسطاني من ذنب الدب الاكبر كوكب صغير جدا يقال له السهى ويمتحن به حدة النظر *Ad latus stellæ mediæ de Cauda Ursi majoris est valdè minuta quædam stella, quæ vocatur AlSúha: & hac stellâ acumen visûs probari solet.* In eundem sensum Turgjemân Arabicus, سها كوكب خفي في بنات نعش الكبرى والناس به يمتحنون ابصارهم وفي المثل اريها السهى وتريني القمر *Súha est obscura quædam stella inter filias Feretri majoris: hâc solent homines oculorum acumen probare, juxta ac in Proverbio* dicitur, *Ostendo ipsi τὸν AlSúha, & ipsa ostendit mihi Lunam.* Hæc stellula aliàs vocatur صيدق Saidak, ut refert *Phiruzabadius*, ثانية عناق والي جانبه الصيدق وهو السهي *Secunda* Filiarum *est Inâk, cui à latere est AlSaidak, quod ipsum est AlSuha.* Filiarum tertia est القايد AlKâid, quod *Gubernatorem* significat: *Phiruzabadius* verò numerando ab extremitate Caudæ, vocat filiam primam, القايد اول من بنات نعش الصغري الذي هو اخرها وقايد [الثاني عناق] والي جانبه قايد صغير *AlKâid est prima Filiarum feretri* minoris, est nempe extrema earum: Et Kâid ad latus habet τὸν Kâid minorem.* Duplex autem error in hoc *Phiruzabadii* loco deprehenditur, quẽ ex Transcriptorum incuriâ primò accidisse verisimile est: prior error in voce الصغري AlSug'ra *minor*, pro الكبري Al-Cub'ra *major*: nam tota doctorum virorum cohors, uti sunt *Ulugh Beigh, Tur-*

gjemân Arabicus, *Gjeuharius*, &c. dictam stellam in Ursо majori collocant. Posterior error, quòd malè repetantur hæc verba والثاني عناق, quæ in sequenti membro periodi (prout debent) statim in suo loco recurrunt; ideóque è priori hoc membro tollenda sunt. Alias adhuc stellas aliquot exiguas memorat Arabs وبجنب الدب الاكبر علي رجل الدب [الاصغر] كواكب صغار واقعة شي يقال له ظفرة الغزلان تشبها لكل اثنين منها بموقع رجل الغزال وكذا عند الدب الاكبر كواكب واقعة على هية نصف دايرة يقال لها الحوض *Porrò juxta Ursum majorem prope pedes Ursi [minoris] sunt stellæ quædam minutæ aliquantulùm inclinantes: hæ vocantur Duphra AlGhizlân*, i. *Ungulæ hinnulorum, eo quòd singulæ pares vestigium pedis hinnuli referre videantur. Præterea juxta Ursum majorem sunt aliquot stellæ quæ in formam semicirculi coincidunt; & hæ vocantur AlHaud*, i. *Lacus.* Per *Lacum*, Comam Berenices intelligendam esse existimo. Vocabulum uncinis inclusum delendum esse videtur, vel saltem pro eo substituendum الاكبر *majoris*; aliàs enim situs stellarum huic descriptioni non quadrat. Astrum Ursi majoris Septentrionalibus populis supra Horizontem manens omni nocte visitur; medium verò cœli occupat (ex sententia *Casii*) mense Martio & Septembri. Prima stella ex eis quæ extra hanc Figuram ponuntur, *Ulugh Beigho* vocatur كبد الاسد Cabd AlAsad, i. *Jecur Leonis:* Septimæ stellarum informium descriptio in duobus codicibus adeò mendose legitur, ut ejus sensus restitui nequeat: quamobrem secutus sum codicem Doctissimi *Pocockii*, ubi tamen ut videtur, legitur ر pro و.

Ad Draconem.

Ptolomæo Δράκων ἀστερισμός. *Ulugh Beigho* Arabicè تنين Tinnîn (quibusdam Tannîn, i.q. Heb. תנין Tannîn) *Draco*, Alius vocatur ثعبان Thu'bân: & utrumque, ut exponit Turgjemân Arabicus, est i.q. Persice اژدها Azhdehâ, quod in libro Nimetullâh explicatur, *Serpens qui homines ac Bestias devorat.* Posterius verò *Ecferi* Turcicè interpretatur يراوزون بلاندركه شاعرلر محبوبك صاچنى اكا تشبيه ايدرلر *est longus quidam serpens cui Poëtæ dilectorum cincinnos comparare solent.* Phiruzabadius hanc Constellationem indigitare videtur per vocabulum الحية AlHaija, i. *Serpens*, quod alibi aliam Constellationem denotat; الحية كواكب بين الفرقدين و بنات النعش *AlHaija notat Stellas inter AlPherkadein & Filias feretri*, sc. majoris. Præterea dictus Phiruzabadius de voce تنين Tinnin sic differit تنين حية عظيمة وبياض خفي في السماء يكون جسده في ستة بروج وذنبه في البرج السابع دقيقة اسود فيه التواء و هو ينتقل تنقل الكواكب الجواري وفارسية هشتبر وقول الجوهري موضع في السماء *Tinnin est serpens grandis. Estque obscura quædam albedo in cœlo, cujus Corpus est in sex Signis, & Cauda ejus est in Signo septimo, tenuis & nigra cum cõplicationibus: & loco*

migrat:

migrat ſicuti migrant ſtellæ meantes, i. Planetæ. *Perſicè* dicitur *Haſhteber*. *Ait Gjeuharius, Eſt locus quidam in cælo.* Per hanc deſcriptionem (ut rectiſſimè judicat doctiſſ. Golius) deſignatur Eccentrici & Eclipticæ ſegmentum; cujus initium Draconis Caput & finis Cauda appellari ſolet. In Aſtronomorum libris ſimpliciter راس وذنب Râs & Danab, i. *Caput & Cauda.* Et hæc duo, uti Græcis dicuntur Σύνδεσμος ἀναβιβάζων & Σύνδεσμος καταβιβάζων, ita Orientalibus alterutrum vocatur عقدة Okda, i. *Nodus*, & جوهر Gjávzahr, i. *Locus venenoſus*: & in duali numero utraque ſunt عقدتان Okdatân vel عقدتين Okdatein, i. *Duo Nodi*; & جوزهران Gjavzahrân vel جوزهرين Gjavzahrein: ita enim Shâh Cholgius پس هريك را از راس و ذنب جوزهر گفتند و هر دورا جوزهرين و عقدتين وجوزهر معرب گوزهر است يعني محل زهر تشبيه كرده اند شكلي كه حاصل ميشود از تقاطع دايرتين بتنين يعني اژدها واژدهارا زهردار هر دو م مي باشند *Prætereà tam Caput quàm Cauda Gjávzahr vocantur: & ambo ſimul Gjavzahrein & Okdatein. Et Gjavzahr Arabizatum eſt à* Perſico *Ghávzahr, & ſignificat Locum venenoſum; quem efformant ſimilem figuræ interſectionis duorum circulorum in Tinnîn*, i. *Dracone, qui* Perſicè *dicitur* Azhdehâ, *&* اژدها *Azhdehâ Caput & Cauda ſunt venenoſa.*

Sed ut illuc, unde digreſſus ſum, redeam, hunc Draconem cœleſtem ſic deſcribit Arabs الصورة الثالثة التنين وهي علي صورة حية طويلة كثيرة الاعوجاجات والعقد واقعة حول القطب الشمالي لفلك البروج وعلي راسها اربعة كواكب يقال لها العوايذ والصليب واقع ايضا وبين هذه الاربعة وبين الفرقدين كوكبان نيران يقال لها العوهقان والذيبان ايضا *Figura tertia eſt Draco; qui in forma longi ſerpentis multis nodis ac flexibus contorti; circumjacet Polum Borealem verſùs Zodiacum. In capite ejus ſunt quatuor ſtellæ quæ vocantur Al Awâïd; item AlSalîb Wâki. Prætereà inter dictas quatuor &* ἀπὸ *Al Pherkadein, ſunt duæ ſtellæ lucidæ quæ vocantur Al Auhakân, & Al Dibân etiam. Al Awâïd* eſt in numero plurali, & ſignificat Pulſatores inſtrumenti عود Oud, i. *Teſtudinis* aut *Chelyos*. AlSalîb AlWâki eſt *Crux cadens*. AlAuhakân eſt in numero duali, & ejus ſingulare العوهق AlAúhak, juxta Phiruzabadium, ſignificat *Taurum nigrum* vel *Corvum nigrum*. Dibân eſt etiam in duali, cujus ſingulare eſt الذيب AlDîb, i. *Lupus*. Stella prima quæ in hac Conſtellatione occurrit, dicitur الراقص AlRâkis vel Arrâkis, i. *Saltator, Tripudiator*. Tres ſequentes ſunt AlAwâïd, de quibus ſuprà. Quarta appellatur راس التنين Râs AlTinnin, i. *Caput Draconis*. In Mohammedis Tizîni Tabulis quæ hiſce Commentariis ſubjunguntur, minor quædam Conſtellatio poſita eſt in ſecundâ Draconis Curvaturâ: ex ſitu in illis Tabulis videtur immediatè præcedere *Chytropoda*, & dicitur

التيس AlTais, i. *Hircus*: & duabus forte ſtellis conſtat, nam apud Phiruzabadium legitur التياسان AlTiyaſân, (i. *duo Hirci*) quo dexponitur جمان *duæ quædam ſtellæ*, quarum tamen ſitus ibidem non indicatur. Stellæ 14, 15, & 16 ſimul vocantur الاثافي AlAthâphi, i. *Chytropodes*, propter ſitum quo Chytropoda imitantur. Stellæ 20 & 21 dicuntur اظفار الذيب Adphâr AlDîb, i. *Ungulæ Lupi*. Vigeſima ſeptima eſt الذابح AlDìbh (cum accentu gravi proferendum) i. *victima*: idque, ut videtur propterea quòd jaceat coram سعد الذابح Sa'd Al-Dâbih, i. *Fortuna mactantis*, quæ in ſequenti cornu Capricorni cernitur. Iſte Draco (dicente Cæſio) Meridianum circa medium noctis perreptat ſub finem Junii. *D. Cæſius* (vulgò *Bleau*) vir ſummâ induſtriâ laudatus, conſcripſit de conſtellationibus Tractatum cui titulus *Cælum Aſtronomico-poëticum*: & ex illo libro *Mediationes* ſeu Μεσουρανήσεις Aſtrorum deſumpſi.

Ad Cepheum.

Pro Græco Κηφεύς, codices noſtri legunt قيقاوس *Kikaus* vel *Kekeus*; ubi per proclivem errorem adhibetur ق *Kaph* pro ف *Phe*, ut ſæpiſſimè fieri ſolet in vocabulis exoticis in linguas Orientales receptis. Et à vitioſâ hujus nominis Scriptione ac lectione, *Phicares*, *Cheguinus*, & multa ejuſmodi errorum portenta, ortum habuêre. Fuit autem Κηφεὺς Regis cujuſdem nomen; unde audit βασιλικὸς ἀνήρ. In Tabulis quarum Author eſt *Mohammed Tizîni*, appellatur الملتهب AlMúltahab, i. *Inflammatus*. Et hoc vocabulum Latinum *Scaliger* per conjecturam Arabicè vertit ملهب Muláh'hab, & مشعل Muſhá'al, i. *Inflammatus, accenſus*. Huic Conſtellationi ſuprà laudatus Arabs hanc ſequentem deſcriptionem adjecit, الصورة الرابعة القيقاوس وهي علي صورة رجل ابس القلنسوة وجلس علي ركبته ومن يديه وعلي رجله كوكب يقال له الراعي وبين رجليه كوكب اخر يقال له الكلب وعلي يديه كواكب يقال لها الاغنام *Figura quarta eſt AlKekeus, in forma hominis mitrâ induti & genu incumbentis, extenſis manibus. In pede ejus eſt ſtella quædam dicta AlRâï*, i. *Paſtor: & inter pedes ejus eſt alia ſtella quæ dicitur AlKelb*, i. *Canis: & ſuper manus ejus ſunt ſtellæ quæ dicuntur AlAgh'nâm*, i. *Pecudes*. Stellæ tertia, quarta, ac quinta *Ulugh Beigho* audiunt كواكب الفرق Cawâkib AlPhirk, i. *Stellæ Gregis*. Aſteriſmus iſte (referente *Cæſio*) ſummâ nocte in Meridiano ſiſtitur ſub finem Auguſti & ineunte Septembri.

Ad Boötam.

Βοώτης ſic dictus ἀπὸ τοῦ βοᾶν & ὠθεῖν *pellere, impellere*, quaſi Boum agitator vel pulſor, Bubulcus. Orientales verò accipiunt tanquam ἀπὸ τοῦ βοᾶν, *à clamando*: unde appellant عوا Auwâ, i. e. *Vociferator*. Et in Tabulis *Mohammedis Tizîni*, dicitur

dicitur النقار AlNekkâr, i.e. *Fossor, pastinator.* Sequentem descriptionem adducit Arabs, العوا علي صورة رجل قايم ومن يديه وقد وقع كوكب نير خارج عن العوا يقال له السماك الرامح ورمحه كوكبان من الجاثي علي ركبتيه وعلي محاذاته في ناحية الجنوب كوكب نير يقال له السماك الاعزل *Al Auwâ est in forma hominis erecti, expansis manibus. Extra eum est stella quædam lucida, dicta AlSimâk AlRâmih, i.e. Efferens Hastiferum: & hasta ejus duabus ex Ingeniculo stellis constat. E regione ejus in tractu Australi est stella lucida, quæ dicitur AlSimâk Al A'zal. i.e. Efferens Inermem, sc. propter altitudinem ejus & stellarum inopiam circa eam. Mohammed Tusæus* unicam tantùm stellam tribuit Hastæ. *Simâk AlRâmih* (in Globo perperam חרמה *Huzme*) est eadem stella quæ Græcis vulgò Ἀρκτῦρος audit, idem sc. ac Ἀρκτοφύλαξ: nam ὄρος φύλακα significat. Ἀρκτοφύλαξ autem toti Constellationi sæpiùs tribuitur: in quo sensu *Johannes Tzetzes*, ὁ Ἀρκτῦρος ὁ τῆς ζώνης τοῦ Ἀρκτοφύλακος λαμπρὸς ἀστὴρ ὁ καὶ Ἑωσφόρος καλούμενος. *Hesychii* de Arcturo errorem omitto, dum perperam accipit pro *Orione*, & pro *septem stellis Plaustri majoris.* Apud *Chrysococcam* in Tabulis Persicis *Arcturus* vocatur Κονταρίτης, i.e. *Contatus, Contifer, Hastili* aut *Conto armatus.* De Μεζεραΐτου ejus, *Mohammed Tusæus* in tractatu de Astrolabio Persicè, sic refert, در اخر بهار باول شب سماك الرمح در ميان اسمان بود *In fine Veris sub initio noctis Simâk AlRâmih erit in medio cœli.* Nec multò aliter *Cæsius, Noctis medio Meridianum tenet circa initium Maji.*

Ad Coronam Borealem.

Ptolemæo Στέφανος Βόρειος; aliis Στέφανος ἄρκτος. Arabibus الاكليل شمالي AlIclîl Shemâli, i.e. *Corona Borealis*, vel absolutè الاكليل AlIclîl, i. e. *Corona.* Aliàs quoque vocatur فكة Phécca. *Mohammed Tusæus* sic describit, هفت ستاره باشد كه بر شكل دايره بود ناتمام كه عوام كاسه شكسته وكاسه درويشان خوانند ومنجمان ادرا فكه خوانند ويكي از ان كواكب روشن تر بود ادرا نير فكه خوانند *Constat septem stellis in forma circuli non completi. Vulgus vocant Kâse Shekéste, i.e. Scutella fracta; & Kâschi Dervishân, i. e. Scutella pauperum: & Astronomi vocant Phecca. Harum stellarum una est lucidior, dicta Nair Phecca, i.e. Lucida Phecca.* In eundem sensum apud *Ecteri* dicitur قصعة المساكين Kas'a AlMasâkin, & quod idem est قصعة الصعاليك Kas'a AlSaâlik, i.e. *Scutella vel Paropsis pauperum.* In *Chrysococca* Tabulis Persicis appellatur πινάκιον κεκλασμένον, *Discus confractus:* ibi autem præcipuè de Lucida Pheccæ

Pheccæ dicitur. Suprà dictùm nomen نير الفكة Naïr AlPhecca, variis modis depravatum, multa nomina produxit, uti *Munir, Malfelcare, Elpheta, &c.* ita ut, si vulgatum Axioma parùm immutare liceat, *Corruptio unius est generatio multorum.* Et hoc quidem sæpissimè observandum occurrit. Ex stellis τῆς *Pheccæ* vicinis duæ quædam vocantur *AlNasakân* vel *AlNusukân*; sic *Phiruzabadius* النسقان كوكبان يبتديان من قرب الفكة احدهما يمان والاخر شام *Al Nusukân sunt duæ stellæ quæ incipiunt propè Pheccam: earũ altera est Jemanica, & altera Syriaca.* Sic legimus in tribus *Phiruzabadii* exemplaribus: at Doctiss. *Golius* (factâ literarum Metathesi) pro الفكة AlPhecca, videtur legisse الكفة AlKiffa; ideóque interpretatus est *Duæ stellæ circa Libræ lances conspicuæ.* [Vide Notas ad Orionem] Per hanc descriptionem indigitari viderentur duo Sirii, (quorum alter dicitur *Jemanicus*, alter *Syriacus*) nisi quòd distantia obstet. Hoc Sidus Meridianum nocte mediâ, mense Maio, coronat.

Ad Ingeniculum.

Quibusdam *Hercules Engonasin.* Ptolemæo τοῦ ἐν γόνατσιν ἀστερισμός. Aliis dicitur Ὀκλάζων *Ingeniculus*; & Κορωνίτης seu Κορωνηφόρος Clavator seu *Claviger.* Arabibus audit جاثي على ركبتيه Gjâthi ala rucbateihi, i. e. *Incumbens genubus.* Ex hoc depravato, fiunt alia nomina corrupta, ut *Elgiaziale, Rulxbachei,* &c. *Turgjemân* Arabicus Persicè reddit بر زانو نشسته Ber zânu nishéste, i.e. *Genubus insidens.* Hinc fortè manavit corruptum nomen Persicum *Ternuelles sandes:* nisi mavis ut legatur *Zernuelles*, pro Persico زرناي Zurnai, vel Zernai, quod vulgò *Fistulam* denotat: at si originationem vocis spectes, *Auream fistulam* significare potest; nam زر Zer, est *Aurum*, & ناي Nai, *Calamus, fistula.* Et *Sandes* potest esse pro زن *Zan*: nam زرناي زن Zurnâi-zàn est *Fistulator: AbuMasher* (vulgò *Albumasar*) dicit, Cum secundo Geminorum Decano (juxta *Persas*) oritur *vir aureo canens calamo, Persicâ linguâ Ternuelles, Græcâ Hercules dictus; idemq; Nixus genu.* Albumasari Translatio Latina mendis ubique scatet, cúmque Typis mandaretur, Inspectorem Preli fefellisse videtur similitudo literarum Z & T.

Ingeniculi stella prima vocatur راس الجاثي Râs AlGjâthi, i. e. *Caput Ingeniculi*; pro quo in Globo & alibi apud Scriptores Latinos vitiosè legitur *Rasaben.* *Cubitus* ejus dicitur مرفق Mirphak, vel Marphak. Stella in Lacerto ejus, in Globo perperam vocatur *Maasym* pro معصم *Mi'sam*, quod tamen non *Lacertum*, sed *Carpum* significat. Hoc totum Astrum cernitur in Meridiano, mediâ nocte, mense Junio.

Ad Lyram.

Ptolemæo Λύρα Ἀστερισμός. *Arato* Λύρα κατωτερής, *Lyra deorsum pendens*: Latinis *Fidicula*. Hæc Constellatio ex Aquilâ seu Vulture Lyram portante constat. *Ulugh Beigho* & aliis dicitur الاورا *AlLura*, nomine Græco in linguam Arabicam & Persicam traducto: & hinc natum est corruptum nomen *Alohore*: quod tamen peculiariter tribuitur primæ stellæ magnæ. Apud *Ulugh Beighum* duobus aliis adhuc nominibus insignitur: quorum alterum est سلحفاة Sulhaphât, i.e. *Testudo* animal, translatum à Græco χέλυς quod est *Testudo* tam instrumentum, quàm animal, ex cujus Testa seu Tecto ejusmodi instrumenta facta sunt antiquitùs. Et hinc etiam est alterum nomen شلياق *Shelyâk*, quod natum est à Græco χέλυς vel χέλυον. Nam elementum χ sæpissimè exprimitur per ش *Shin*; exemplum esto nomen Εὐπύχης Arabicis literis اوتيشيوس, & in codice Canonum Arabico ابرشية Ἐπαρχία: & in Lexico Persico-Turcico quod *Cantabrigiæ* servatur, multa vocabula Turcica quæ characteribus Græcis adscripta sunt, idem indicant, ut γιουχ, σαβαχ, &c. pro كوش & صواش. Litera ق *Kâph* in fine, additicia est, uti in vocibus exoticis aliquando accidere solet. Hæc Constellatio ab Arabe suprà citato, hoc modo describitur: الصورة الثامنة الشلياق ويقال له بالفارسية چنك رومي وعليه كوكب نير يقال له النسر الواقع لان معه كوكبين صغيرين كانها جناحاه وجذبها الي نفسه ووقع على الارض ومجموع الثلثة هيئة اثفية *Figura octava est AlShelyâk, & dicitur Persicè Cjengh Rûmi, i.e. Cythara Græca. In ea est stella quædam lucida, quæ dicitur AlNesr AlWâki, i. e. Vultur cadens; quòd juxta eam sint duæ stellæ parvæ, quæ sunt tanquam alæ ejus, quas ad se contrahens in terram decidit. Et tres istæ collectæ formam Chytropodis referunt.* A Persico چنك *Cjengh*, factum est Arab. صنج *Sengj*, unde corruptum est nomen *Sangue*, &c. & hinc fortè emanârit nomen *Brinek* quasi pro *Seneg*. *Mohammed Tusæus* in tractatu de Astrolabio sic disserit, وو ستاره است اندكه روشن‌تر بود ميان اسمان بسان و ستاره خرد‌تر بر مثال مثلثي خرد متساوي الاضلاع باشد وعوام اندرا دبك پايه خوانند در اخر تابستان باول شب راست بر سمت سر بود اندرا نسر واقع خوانند *Sunt duæ stellæ, quarum lucidior in medio cœli cum duabus stellis minoribus in figuram Trianguli parvi æquilateri coïncidit. Vulgus vocant Dîk-pâye, i.e. Chytropos. In fine æstatis sub initio noctis in puncto verticali cernitur, & appellatur Nesr Wâki, i.e. Vultur cadens.* In descriptione primæ & quintæ stellæ, omnes codices Scribæ errore legunt خرقة *Chirka*, quod, diffitis punctis ق *Kaph*, proculdubio legendum est خزفة

Chazapha,

Chazapha, i. *opus figulinum ex luto*: nam *Ptolemæus* habet Ὄστρακον, quod de *Testa* tam figulinâ quàm animalis dicitur. Subjungitur vocabulum حاملة Hâmila, i. *Quæ portat*, sc. nervos ut puto. Prima stella appellatur نسر واقع Nesr Wâki, i. *Vultur cadens*: In Chysococcæ Tabulis Persicis Τοῦ πετομένου. Pro *Wâki*, *Scaliger* pessimo errore adhibet وجه Waghi, quod significat *Faciem*. Hoc Sydus in Meridiano circa noctis medium conspicitur, partim mense *Julio*, partim anni initio & fine.

Ad Gallinam.

Græcis dicitur Κόκκυξ: Arabibus الدجاجة AlDegjâgje, i. *Gallina*; & الطاير Al-Tâir, i. *Volucris*, idem quod *Ptolemæi* Ὄρνις. Unde autem ortum sit corruptum in Globo nomen *Hiresjm*, divinare nescio; nisi fortè longè petitum sit à nomine Arabico vitiosè exarato. Arabs hanc descriptionem affert, الصورة التاسعة الدجاجة وهي علي صورة قطا ممد عنقه وفتح جناحيه وعلي جناحيها كواكب يقال لها الفوارس *Figura nona, est Gallina; habetque formam* avis *Kathâ, extenso collo expansisque alis. Et super alas sunt stellæ quædam dictæ AlPhawâris*, i. *Equites. Kathâ* est à voce quam edit sic dicta avis aquatica Columbæ similis magnitudine & formâ. Doct. *Bochartus* vult قطا Kathâ (per unius literæ mutationem) factum esse à Græco Φάτταα, *Palumbes*: sed obstat qd *Palumbes* non sit avis aquatica; & præterea alio nomine Orientalibus dicitur فاخت *Phâchit* vel *Phâcht*, & فاختة *Phâchita* vel *Phâchta*. De *Kathâ* plura videre licet apud D. *Golium* in Lex. Arabico. Hæc avis apud *Turgjemân* Arabicum, Persicè dicitur اسفرون *Ispherûd*, & Turcicè بغرتلق *Baghirtlik*. Prima stella vocatur منقار الدجاجة Minkâr AlDegjâgje, i. *Rostrum Gallinæ*. Quarta صدر الدجاجة Sadr AlDegjâgje, i. *Pectus Gallinæ*. Quinta ذنب الدجاجة Danab AlDegjâgie, i. *Cauda Gallinæ*: item الرذف Al Ridph, i. *Quæ ponè est, sequens*; sic dicta, quia sequitur quatuor alias, quarum duæ in pede sinistro, & duæ in ejusdem partis alâ existunt. Vide plura apud D. *Golium*. In Chrysococcæ Tabulis Persicis Ὀυρὰ ὄρνιθος. Stella decima septima vocatur ركبة الدجاجة Rucba AlDegjâgje, i. *Genu Gallinæ*. Nocte mediâ in Meridiano hæret mense Julio.

Ad Cassiepejam.

Ptolemæo Κασσιέπεια ἀστερισμός. Arabibus ذات الكرسي Dât AlCúrsa, i.q. Græcè Ἡ τοῦ Θρόνου, *Inthronata*. Arabs sic describit, الصورة العاشرة ذات الكرسي وهي علي صورة امراة جالسة على منبر وعلي ذلك المنبر كوكب يقال له كف الخضيب *Figura decima, est Dât AlCúrsa, quæ habet formam mulieris sedentis in Suggesto: & in ipso suggesto est stella lucida, dicta Caph AlChadîb.* Muhammed Tusæus dicit وبعد از وبر مجره چند ستاره در روشني بيكديكر در ديك

مي

مي اينك بر صورت شعر و عوام اورا شتر خوانند ازان ستاركان يكي پيش مي
ايند بر مثال كوهان شتر اذرا كف الخضيب خوانند *Post eam* (sc. post Cau-
dam Gallinæ) *in Galaxiâ sunt aliquot stellæ ferè luciditate pares, habentque formam Cameli, quapropter vulgus vocant Shutèr*, i. *Camelus. Harum stellarum una sicut Gibbus Camelinus prominet, hanc vocant Caph AlChadîb*, i. *Manus tincta.* Unde in Chrysococcæ Tabulis Persicis χὴρ βεβαμμένη. Stella secunda κατ' ἐξοχὴν totius Syderis nomine vocatur ذات الكرسي Dât AlCúrsa. Stella quinta dicitur ركبة ذات الكرسي Rucba Dât AlCúrsa, i. *Genu Inthronatæ.* Lucida in Pectore dicitur صدر Sadr, i. *Pectus.* Hoc Astrum summâ nocte in Meridiano deprehenditur partim finito ferè Martio, & sub ineuntem Aprilem; partim sub finem Septembris, & circa initium Octobris.

Ad Perseum.

In Tabulis Alphonsinis dicitur *Cheleub*: quod fortassis sit ab Arabico خلوب Chelûb, i. *Deceptor*, vel كلوب Kellûb, i. *Harpago*, & *aduncum* quodvis. Sed hæc ex conjectura tantúm. A Græco nomine Περσεὺς factum est Arabicum برشاوش *Bershâush* vel *Bersheush.* Arabibus etiam audit حامل راس الغول Hâmil Râs AlGhûl, i. *Portans Caput Larvæ.* Hanc autem Persei constellationem sequenti modo describit Arabs, الصورة الحادية عشرة حامل راس الغول
وهي علي صورة رجل قايم وبيده راس الغول مقطوع من البدن والقطع
السحابية التي علي يد حامل الراس, *Figura undecima, est Hâmil Râs AlGhûl: estque sub formâ hominis erecti, in cujus manu est Caput Larvæ à Corpore detruncatum. Cæsura verò est nebulositas illa juxta manum Portantis Caput.* Stella prima vocatur معصم الثريا Mi'sam AlThuraiyâ, i. *Carpus Plejadum*, & جنب برشاوش GjembBershâush, i. *Latus Persei.* In Chrysococcæ Tab. Πλευρὰ Περσέως. Duodecima stella dicitur راس الغول Râs AlGhûl, *Caput Larvæ.* In Tab. Persicis κορυφὴ Ἑωίου. Judæis ראש הכטן Rosh haSathan, *Caput Diaboli.* Vigesima quarta appellatur منكب الثريا Menkib AlThuraiyâ, i. *Humerus Plejadum.* Vigesima quinta عاتق الثريا Atik AlThuraiyâ, i. *Interscapilium Plejadum. Atik* est pars Dorsi proxima Cervici, quasi inter Cervicem & Dorsum. Hoc Astrum in medio cœli nocte Mediâ conspicitur Mense Novembri.

Ad Aurigam.

Apud Græcos multa nomina sortitur, ut Ἰωπλάτης, Ἐλάσιππος, Ἀρμηλάτης, & Διφρηλάτης. Aben Ezræ appellatur, citante Cæsio, הרועה אשר בידו הרסן *Pastor in cujus manu est frænum.* Arabibus audit ماسك العنان Mâsik AlInân, i. *Tenens habe-*

nam;

nam; vel ممسك الاعنة Múmsik AlAïnna, i. *Tenens habenas*: eodem sensu quo *Ptolemæus* dicit Ἡνιόχου ἀστερισμός. Sæpiùs laudatus Arabs sic describit الصورة الثانية عشرة ممسك الاعنة وهي علي صورة رجل اخذ باحدي يديه العنان و
بالاخري السوط و علي ممسك العنان كوكب نير يقال له العيوق وبعد
العيوق كوكب صغير يقال له المعز وبعد المعز كوكبان اخران يقال لها
الجديان *Figura duodecima est Múmsik AlAïnna: estque in formâ hominis quâ alterâ manu prehendit Habenam, alterâ verò Scuticam. Porrò in Heniocho est stella quædam lucida, dicta AlAiyûk*, i. *Capella. Et post hanc est stella parva quæ dicitur AlMaâz*, i. *Caper. Et post Caprum sunt duæ stellæ aliæ, dictæ AlGjedyân*, i. *Duo hædi.*

In Globo pro عيوق *Aiyûk*, per conjecturam (ut puto) adhibetur عتد, & hoc minus benè pro عتود Atûd, i. *Caper juvencus* seu *Hædus anniculus*: & pro جديان Gjedyân, adscribitur معزين Maazèin, i. *Duo capri.* Stella quarta dicitur منكب ذي العنان Ménkib dilInân, i. *Humerus Heniochi.* Undecima كعب ذي العنان Ca'b dilInân, i. *Talus Heniochi.* In Chrysococ. Tab. Pers. *Capella* dicitur Ἀιγόκερως & Ἀιὲξ, quod Doctiss. *Bullialdus* immeritò dicit corruptum esse pro Græco Αἴξ, cùm sit ipsum nomen Arabicum Characteribus Latinis designatum. De Ortu hujus stellæ audiatur Mohammed Tusæus آن وقتي كه ثريا طلوع كند
كوكبي روشن و بزرگ از جانب شمال با او طلوع كند چنانكه ميان هردو
مقدار دو نيزه بالا باشد يا زياده آن كوكب را عيوق خوانند *Quo tempore oriuntur Plejades, stella quædam lucidissima ac maxima cum ipsis cooritur; ita ut inter utrasque quantitas altitudinis duarum lancearum, aut plusculum aliquid, interponatur. Et hanc stellam vocant Aiyûk.* Phiruzabadius ait العيوق
نجم احمر مضي في طرف المجرة الايمن يتلو الثريا ولا يتقدمها *Al Aiyûk est stella rufa quæ ad dextram Galaxiæ sita est: & sequitur Plejadas, eas verò nunquam præcedit.* Huic nomini عيوق *Aiyûk*, respondet Syriacum ܥܝܘܬܐ *Iyûtho*; & utrisque Hebraïcum עש *Ash* vel עיש Aïsh, ut mox pleniùs patebit. De significatione עש *Ash* & עיש Aïsh Judæi variè sentiunt: plerique verò *Septentrionem* seu *Septem stellas* esse statuunt. Sic Aben Ezra, qui interpretatus est per שבעה כוכבים i. *Septem stellæ*: & alibi, ונקרא עש מגזרת עושו שהם שבעה שאינם מתפרדים *Vocatur Ash ab Osh*, i. *à collectione seu compactione suâ, sunt enim septem stellæ quæ nunquam separantur.* Et mox idem subjungit עש הוא העגלה הנקרא הדוב הוא קרוב
מהסדן הצפוני *Ash est Plaustrum quod dicitur Ursus, estque Polo Arctico vicinum.* In hac sententia est Rabbi *Ishak Israel*, cujus in Librum *Job* commentarii apud

nos

nos extant Manuſcripti, ירתיו כעיבי מאמר עיש ראיש ראיש
מאמר עיש *Aiſh* & *Dicitur* בנאה *marmor: Arabicè eſt Benât Naſh.* Syri moderni plùs adhuc, ſed fruſtrà, labo-
rant in explicando vocem الثور ويقال الجوزا *Al Thuraiyâ*, i. *Plejades.* Et *Isa Bar Ali* ſic legit, احد الثور *Iyûtho: Turgiemân* Syriacus exponit per الثريا
dicitur Algjauzâ. Primò rectè interpretatur per *Al Aiyûk*, at maximè errat
dum aſſerit eſſe è ſtellis Tauri: & magis adhuc, cùm dicit eſſe AlGjauzâ, i.
Orion. Nec meliùs ſe expedire novit *Bahlulides* ſive *Bar Bahlûl*: ipſe enim
aliùs Lexicographi autoritate nixus, ſic explicare conatur, العيوق او الهقعة هو احد
eſt ſtella ex Tauro, aut Al Hek'a: & referit literam Gómal, & currit poſt Plejadas:
Al Aiyûk in alio quodam Exemplari, eſt Al Debarân. En portenta errorum!
dicit eſſe ex Tauro, eſſe AlDebarân, i. *Hyades*; aut *Al'Hek'a*, quod eſt nomen trium
ſtellarum quæ conſtituunt Triangulum in Capite Orionis. Fateor quidem
Aurigam, Orionem, & Taurum non adeò diſſita eſſe, quin imperitis proclive
ſit errare in ſingulas ſingulorum ſtellas indicando; ideóque non multùm mi-
ror dum tot diſſonas ſententias reperio. Quod autem attinet hæc tria nomina עש
Aſh vel עיש *Aiſh*, *Iyûtho*, & العيوق *Aiyûk* cũ احد *Synonymum* eſſe & ean-
illam in Auriga ſtellam deſignare aſſerunt tota doctorum virorum in Oriente co-
hors, & præcipuè *Ulugh Beigh*, cui (propter maximam viri dignitatem, & ſummam
quâ polluit eruditionẽ) tutiſſimè fides adhiberi poteſt. Et العيوق *Aiyûk* cũ احد *Synonymum* eſſe & ean-
Iyûtho (non obſtante Lexicographorum Arabibus الهقعة & *Hormas* (quæ à ſe invi-
dẽ ſtellã denotare, negari non poteſt abſurdum) aut *Cſum* (quo idem ſunt) probè perpendentibus nam in an-
cẽ haud multũ abludunt) aut *Cſum* (quo idem ſunt) probè perpendentibus nam in an-
tiquis Bibliorum Verſionibus Syriacâ & Arabicâ (*Job.* 9, 9. & 38, 31.) ſibi invicem
reſpondent; & alterutrum voci עש *Aiſh* Synonymum ponitur. De
formâ maximè liquet, præſertim dum animadvertit quis literæ ש *Shin* cum ת *Thau*
commutationem facillimam eſſe, & in lingua Chaldaicâ ac Syriacâ frequentiſ-
ſimam; ut pro Heb. עלש *Shalosh*, Chaldæi legunt תלת *Thelâth*, & Syri ܬܠܬ
Thelòth, & ejuſmodi ſexcenta. Eodem modo עש vel עיש *Aiſh*, Syris ac Chal-
dæis proferendum eſſet עת *Ath* vel עת *Ath*, & interpoſito ו *Vau*, עיות *Ayuth*
vel *Iyuth*; quod prorſùs convenit cum Syr. ܥܝܬܐ *Iyûtho*; & hoc cum Arab. عيوق
Aiyûk, mutato *Thau* in *Kâph*. Et ne hæc quæ dicta ſunt ad facien-
dam fidem non ſufficiant, unicum adhuc teſtimonium in medium proferam,
unde ex Rabbi Jehudæ *Miſhnæ* *Authoris* ſententiâ liquebit עש *Aſh* idem eſſe
cum

cum ירתיו *Iyûtha*: nam litera ו *Vau* eſt idem cum ו *Iyûtha*, quod ἀναστροφικὸν, eſt
Ain, cùm ſit nullius ferè ſoni, inter pronuntiandum (ac deinde inter ſcriben-
dum) facillimè excidit. Dictum Teſtimonium ex *Talmudicis*, citante *Buxtorfio*,
tale eſt: מאמר לר יהודה יונב מלה ואמר לה יהודה מאמר עש ראיש
Rav Jehuda, eſt Iyûtha. Quid eſt Aſh? Reſpondit Rav Jehuda: Di-
cebant ipſi, Cauda Arietis. Dicebant alii Caput Tauri. Rectè dictum *Aſh* eſſe
idem quod *Iyûtha*; quid autem hoc eſſet, ignorabant. His præmiſſis, עש
עיש עם בנה בנה illum ubi occurrit *Aſh* vel עיש *Aiſh Capellam* eſſe ſtatuo, & locum illum ubi occurrit
Aiſh cum filiis ſuis, ſc. *Hadis.* cenſeo *Capella cum filiis ſuis*, ſc. *Hadis.*
Judæorum à ſe invicèm & à meâ diſcrepantes opiniones nil moror:
ipſi enim (præter ſuam quam produnt *ἀναστροφικὸν*) multarum vocum in
Biblis extantium vera ſignificata amiſerunt & prorſùs ignorant:
quas tamen conjecturâ tantùm nixi, ſuo modo interpretantur. Eorum
autem Doctiſſimi, (cùm in ſignificationibus vocum indagando, ad incitas re-
dacti ſunt) ad linguam Arabicam quantùm poſſunt, confugiunt. Et notum eſt
omnibus qui vel à limine Muſas Orientales ſalutârunt, linguam Arabicam
(quæ in integritate ſua ſemper manſit) omnes ferè voces Hebræas (etſi aliquan-
do mutationẽ aliquã paſſæ ſint) in ſuis quaſi Archivis recondidiſſe, & earundẽ
ſignificata, aliàs peritura, ab interitu vindicâſſe. Ideóq; docti viri optimã ſemper
linguam Hebræam interpretandi rationem ex Arabica habendam cenſuêre.
De tota hac Conſtellatione ait *Cæſius*, *Meridianum nocte mediâ pererrans circa*
medium Decembris, parte ſuâ ſuperiori nobis ſemper eſt conſpicua.
Ad Galaxiam.

Circulus Lacteus eſt Tractus quidam Globum cingens, qui eſt alterâ parte
clarior ac latior; alterâ obſcurior ac anguſtior: hoc nomen obtinuit propter
Candorem vel potiùs Pallorem, quem ibi efficiunt ſtellæ minutæ, quæ in agmi-
nibus ita denſis conſtipantur, ut ſingularum lumen confundatur, & quaſi unicum
quoddam lumen fulgeant. Sic in Libro *Nimetullâh*, بردب كهكشان *In iſto cœli loco pro-*
pter ingentem multitudinem ſtellarum ibidem albũ apparet. Hinc eſt quod Græcis
vocetur Γαλαξία & Arabibus طريق التبانة Tarik AlLubbana, i.e. *Via lactea*: hi
autem plura nomina indiderunt, quorum vulgatiſſimum eſt مجرة Magjérra, i. e.
Tractrix, vel *trahendi locus.* Aliàs dicitur ام السما Um AlSamâ, i.e. *Mater cœli*,
quaſi ejuſdem lactatrix: item طريق التبن Tarik AlTibn, i.e. *Via ſtraminis*,
i.q. Syris ܫܒܝܠܐ Shevîl Tévno. Perſis audit كاهكشان Kâh Kahke-
ſhân, i.e. *Via palearum trahens*, vel abſolutè كاهكشان Kahkeſhân, i.e. *Palearum*
trahens. Turcis هاجيلر يولى Hâgjiler yûli, i.e. *Via Feſtum agentium*, & ſ
quotannis ſolenne Feſtum Meccanum (ubi Prophetæ Tumulum inviſunt) cele-
brare ſolent.

Ad

Ad Serpentarium.

Ptolemæo Ὀφιοῦχος ἀστερισμός. Arabibus الحوا AlHauwâ, i. e. *Serpentarius*, qui ſerpentes alit. In Globo minùs benè الحاوي AlHâwi, nam hæc vocis forma non eſt in uſu; & inde perperam *Alhangue*. In Latinâ Tranſlatione Alphergani dicitur *Azalange*, quod videtur eſſe Turcicum vocabulum يلانجي Yilangè, vel cum Articulo اليلانجي AlYilangè, i. e. *Serpentarius*. Prima ſtella *Ulugh Beigho* vocatur الراعي AlRâï, i.e. *Paſtor*, & راس الحوا Râs AlHauwâ, i. e. *Caput Serpentarii*. Secunda ſtella appellatur كلب الراعي Kelb AlRâï, i.e. *Canis Paſtoris*. Serpentarius iſte Meſuranicus eſt circa initium Menſis Junii.

Ad Serpentem.

Ptolemæo Ὄφις Ὀφιοῦχος ἀστερισμός; idque ut dignoſcatur à *Dracone*. Arabibus dicitur الحية AlHáiya, i.e. *Serpens fæmella*. Sic deſcribit Arabs, الصورة الرابعة عشرة منه الحواقن اخذ الحوا بيديه وسط الحية من موضعين ورفعت الحية راسها وذنبها حتى حافرت بها راس الحوا *Figura decima quarta, de qua eſt Serpentarius: Serpentarius enim ambabus manibus medium Serpentis duobus locis prehendit; dum Serpens Caput ac Caudam ſurſum effert, ut Serpentarii Caput fodicare valeat.* Stella nona eminentior eſt, & dicitur عنق الحية Unuk AlHáiya, i. e. *Collum Serpentis*. Serpens iſte præcedente parte medinoctius & meſuranicus eſt circa initium Maji; poſteriore verò ſive ſequente, ſub finem Junii.

Ad Sagittam.

Ptolemæo Οἰστὸς ἀστερισμός. *Aliis* Τόξευμα & Βέλος. *Arabibus* سهم Sahm, i. e. *Sagitta*. *Arabs* ait, الصورة الخامسة عشرة السهم وهي على صورة شي طويل *Figura decima quinta eſt AlSahm, ſub forma rei alicujus longæ.* In Globo dicitur الحنصة AlHánce, quaſi idem quod Heb. חץ Chets, *Sagitta*, in quo latens *Dageſh* exiſtimetur compenſare defectum τοῦ *Nun*. *At* vocabulum iſtud *Arabicum* in Lexicis non occurrit. *Sagitta* hæc per alam *Aquilæ* tranſmittitur, & Meridianum mediâ nocte transfigere quaſi conſpicitur circa medium Julii.

Ad Aquilam.

Ptolemæo Ἀετὸς ἀστήρ. *Aliis* (referente *Caſio*) Βαπτιζόμενος, Βάσανος, Βαπτιζόμενος, & Βασανιστής. Et hæc proculdubio manârunt à ſignificatione vocis عقاب Ikâb, i.e. *Pœna, tormentũ*; vel ſaltẽ à tortura *Promethei*. At hujus Syderis nomen legendũ eſt عقاب Okâb, i.e. *Melanæetos, Aquila nigra*, quæ Geſnero *Leporaria* dicitur. Et عقاب Okâb Perſicè interpretatur الوه *Aluh*, & Turcicè طوشنجيل Tauſhangiil, i.e. *Aquila Leporaria*. Arabs hanc deſcriptionem habet, الصورة السادسة عشرة العقاب

العقاب وهو واقع علي السهم علي احد جناحيه كوكب نير يقال له النسر الطائر لانه فتح جناحيه كانه في الطيران *Figura decima ſexta eſt Aquila quæ in Sagittam cadit. In altera alarum ejus eſt ſtella lucida, quæ dicitur Al-Neſr AlTaïr, i. Vultur volans, eo quòd quaſi in volatu alas pandit.* Mohammed Tuſæus hæc habet: ودر مقابل از سوي مشرق وجنوب نزديك كناره مجره ستاره روشن بود ميان دو ستاره ديگر تاريكتر كه بر مثال خطي مستقيم باشند وعوام انرا شاهين تارازن خوانند ان ستاره روشن نسر طائر است وچون مرانرا قاعده سازند كوكبي تاريكتر از ايشان از سوي مغرب با ايشان بر مثال مثلثي باشد ان كوكب را راس الحوا خوانند وكوكبي ديگر از جانب مشرق وشمال با ايشان هم بر مثال مثلثي باشد مختلف الاضلاع وان ستاره برميان مجره بود اورا رذف وذنب الدجاجة خوانند *E regione ejus* (ſc. Vulturis cadentis) *verſùs Ortũ ac Auſtrũ propè marginẽ Galaxiæ eſt ſtella quædam lucida, duas alias obſcuriores interjacens; hæ ſimul efficiunt lineam rectam, quæ apud vulgus Shâhin Tarâ-zed, i. Falco prædans vocatur. Hæc ſtella lucida eſt Vultur volans; quæ, ſi pro Baſi conſtituatur, ſtella quædã illis obſcurior verſùs Occaſum cum eis in formam Trianguli cadit: hæc ſtella dicitur Râs Al-Hauwâ, i.e. Caput Serpentarii. Sed & alia adhuc ſtella verſùs Ortum ac Boream cum illis cadit in formam Trianguli non æquilateri: hæc ſtella eſt in medio Galaxiæ, & dicitur Ridph & Danab AlDegjâgje.* Aquilæ ſtella tertia eſt النسر الطائر AlNeſr AlTâïr, i.e. *Vultur volans*: In *Chryſococcæ* Tabulis Perſicis دُمِ ٱلْمُتَطَيِّرِ Stella nona, eſt ذنب العقاب Danab AlOkâb, i.e. *Cauda Aquilæ*. Arabicũ نسر *Neſr* apud Doctiſſimum Golium exponitur *Vultur*, eſtque idem vocabulum cum Hebraico נשר *Néſher*, quod in genere *Aquilam* ſignificat. *Turgjemân* Arabicus ait, نسر طائر لا مخلب له وانما له ظفر كظفر الدجاجة والغراب والرخمة اي كركس *Neſr eſt volucris abſque uncis; habet enim ungues ſicut Gallina, aut Corvus, aut Pelecanus: Perſicè Gherghès*, quod Turcicè exponitur اق بابا Ak Babâ, i.e. *Albus pater*: fortè *Aquila alba* quam deſcribit *Geſnerus*. Eſt verò *Gherghès* avis adeò longæva, ut, teſtante Libro *Nimetullâh*, milleſimum ſæpe annum attingat. Meridianum mediâ nocte pervagatur circa medium Julii.

Ad Delphinum.

Ptolemæo Δελφὶς ἀστερισμός: aliis Ἰεροὶ ἰχθύες, & Μυστικὴν Ζάλον. Arabibus دلفين *Dulphin*. Arabs deſcribit; هو حيوان في البحر كالزق يحب الانس يحبه تالف السفن وينقذ الغرقي *Eſt animal marinum ſicut Uter: eſtq; ita hominum amans*

umans, ut comitetur naves, & submersos eripiat. Prima stella est ذنب الدلفين Danab AlDulphîn, i.e. *Cauda Delphini.* Meridianum transit mediâ nocte, sub finem Julii.

Ad Equuleum, sive Equum minorem.

Ptolemæo Ἵππου κεφαλῆς ἀστερισμός: aliis Τομὴ Ἵππου. In *Chrysococcæ* Tabulis Persicis Κεφαλὴ Ἵππου. *Ulugh Beigh* & Arabes eodem sensu قطعة الفرس Kit'a Al-Pháras, i.e. *Sectio, præcisio,* vel *segmentum Equi.* Arabs vocat *Equum primum,* quem sic describit: الفرس الاول على صورة راس الفرس مع العنق *AlPháras Al Auwal, i. Equus primus est in forma Capitis equini unà cum Collo:* sc. eodem sensu quo propriè dicitur Πρωτομὴ, quâ significari solet *Caput cum Collo & Humeris.* Meridianum illustrat summâ nocte circa initium Augusti.

Ad Pegasum, sive Equum majorem.

Ptolemæo Ἵππου ἀστερισμός. Aliis Πήγασος & Ἡνιοχὴς ἵππος, & Ἡμιτομὴς ἵππος. Arato Ἡνιοχὴς ἱερὸς ἵππος. Nonno Ἡνιοχὴς Λίβυς ἵππος. Ulugh Beigho فرس اعظم Pháras A'dam, i.e. *Equus major.* Arabs appellat *Equum secundum,* quem sic describit, الفرس الثاني على صورة نصف مقدم من الفرس *AlPháras AlThâni, i.e. Equus secundus, est in forma anterioris partis equi dimidiati.* Stella prima dicitur راس المرة المسلسلة Râs AlMar'a AlMosalsala, i.e. *Caput mulieris catenatæ,* sc. Andromedæ; & سرة الفرس Sirra AlPháras, i.e. *Umbilicus Equi:* In Chrysococcæ Tabulis Persicis Ὀμφαλὸς ἵππου, per quam doctiss. *Bullialdus* designari putat *Primam alæ Pegasi,* quæ in Globo dicitur *Marchab,* quod Arabicis characteribus sic scribendum est مركب, & significat *Equitandi* aut *vehendi locum,* utrùm sit *Currus* aut *Navis:* dicitur quoque يد الفرس Jed AlPháras, per quod Arabes *Anteriorem pedem* jumenti denotare solent: ideóque hoc nomen ad Humerum sive Ortum manûs potiùs quàm ad Alam pertinere malim. Apud Ulugh Beighum, quæ est in Dorso sive Lumbo ad oram Alæ, vocatur جناح الفرس Gjenâh AlPháras, i.e. *Ala Equi:* est sc. in extrema Alæ ora; & hæc est quæ in Tabulis Persicis (sentiente *Bullialdo*) dicitur πήγασος. Stella tertia, est منكب الفرس Menkib AlPháras, i. e. *Humerus Equi:* in *Chrysococca* Tabulis Persicis Ὠμος ἵππου: meliùs scribendum Ὠμος. Stella quarta, est متن الفرس Matn AlPháras, i.e. *Lumbus* vel *Dorsum Equi:* & simpliciter متن *Matn* apud *Turgjemân* Arabicum explicatur پشت اسب *Dorsum Equi.* Tò quatuor stellarum, quas jam recensuimus, tertia & quarta constituunt Mansionem Lunæ vigesimam sextam, quæ vocatur الفرغ المقدم AlPhergh AlMukaddem, i.e. *Effusionis*

sionis seu *Deplendi locus anterior.* Stella prima & secunda constituunt Mansionem vigesimam septimam, quæ dicitur الفرغ الموخر *Al Phergh AlMuaccher,* i. *Deplendi locus posterior.* Aliquando interponitur الدلو AlDelv; *Situla;* sic apud Turgjemân Arabicum فرغ الدلو المقدم منزل بيست وششم از منازل قمر فرغ الدلو الموخر منزل بيست و هفتم از منازل قمر *Phergh AlDelv AlMukáddem,* i. *Situlam deplendi locus anterior, est vigesima sexta Mansionum Lunæ: & Phergh AlDelv AlMuaccher,* i. *Situlam deplendi locus posterior, est vigesima septima Mansionum Lunæ.* Idem author ulteriùs subdit وكل واحد منهما كوكبان بين كل كوكبين قدر خمس اذرع في راي العين *Qualibet harum* Mansionum *binis stellis constat: & inter utrasque stellarum pares (quantum assequi valeat oculus) interpositum est quinque cubitorum spatium.* Veram significationem vocis فرغ *Phergh* docet Ecteri his verbis كوندن اولان قوغاندك يرى كشي اراسندن صو چقدغي يرى *Locus unde effunditur aqua inter utrasque ansas Situlæ sive Urcei coriacei.* Et his nominibus non designatur Urna Aquarii: sed inter antiqua ab Arabibus imposita nomina accensenda sunt. Stella quinta & sexta vocantur الكرب Al Kerb vel AlKereb, i. *Funis qui ad mediam Urnæ* vel *Situlæ ansam alligatur.* Septima & octava sunt سعد مطر Sa'd Mátar, i. *Fortuna pluviæ.* Nona & decima سعد بارع Sa'd Bâri, i. *Fortuna præcellentis,* sc. ejus qui præcellit arte aut virtute. Undecima & duodecima سعد الهمام Sa'd AlHomâm, i. *Fortuna Herois* aut *Magnanimi:* si legatur Hammâm, est *Susurro, obtrectator.* Decima quinta & decima sexta sunt سعد البهايم Sa'd AlBahâim, i. *Fortuna bestiarum* seu *quadrupedum:* apud Phiruzabadium legitur بهام *Bahâm* quod Clariss. Golius pronuntiat *Bihâm,* & significat *Pullos quadrupedũ.* Pro *Sa'd,* in Globis & Hemisphæriis vitiosè legitur *Sheat* vel *Seat.* Stellâ decima septima dicitur فم الفرس Pham AlPháras, i. *Os Equi,* & جحفلة الفرس Gjáhphela AlPháras, i. *Labium Equi:* quibusdam vocatur انف الفرس Enph (vel potiùs Emph) Al Pháras, i. *Nasus Equi.* Meridianum nocte profundissimâ pervolat circa medium Augusti & initium Septembris.

Ad Andromedam.

Loco Andromedæ in Mappa Arabica, referente *Casio,* adhibetur Phoca cujus Collum catenâ circumligatur. Hæc Constellatio *Ptolemæo* dicitur Ἀνδρομέδας ἀστερισμός. Hanc sequentem descriptionem habet Arabs, الصورة العشرون المرة المسلسلة وهي على صورة امراة قايمة وبين يديها سلسلة *Figura vigesima, est*

Al-

Al Mar'a Al Mosálsala, i. *Mulier catenata; estque sub formâ Mulieris erectæ, in cujus manibus est Catena.* Stella duodecima appellatur جنب المسلسلة Gjemb Al-Mosálsala, i. *Latus Catenatæ:* dicitur quoque بطن الحوت Betn AlHút, i. *Venter Piscis.* [Vide suprà, ubi agitur de ultimâ Mansione Lunæ.] *Ulugh Beigh* ponit hanc stellã supra *Subligaculum* seu *Perizoma*, quod Persis ac Arabibus dicitur ازار *Izâr*, & مزار *Mizar*, unde orta sunt corrupta nomina *Mirach, Mirath, Mirar*, & *Miraz*. Stella vigesima prima est in ora seu lacinia Syrmatis, unde quibusdam audit *Adhil* pro الذيل AlDeil vel Addeil, i. *Tractus, Syrma*, aut *Lacinia vestis.* Stella decima quinta dicitur رجل المسلسلة *Rigjl AlMosálsala*, i. *Pes Catenatæ: Ulugh Beigho* etiam vocatur عناق الارض Anâk AlArd: & pro *Anâk* vel *Al Anâk*, corruptè passim legitur *Alamach*, quod viri quidam docti ad genuinam suam scriptionem seu Orthographiam restituere conantes, supposuerunt الماق Al Mâk, i. *Cothurnus*, hâc ratione ducti, quòd hæc stella sita sit in Pede: sed quanto errore hoc fecerint, statim videbitur. Nam العناق *Al-Anâk*, vel ut habet Camûs عناق الارض *Anâk Al Ard*, (ubi *Terrestris* epitheto insignitur) à Doctiss. Golio exponitur *Melis*, *Taxo.* Phiruzabadius reddit دابة عجيبة سياه كوش *Bestiola quam Persicè Siyâh Ghûsh*, i. *Nigram auriculam* vocant. Fusiùs explicat *Ecteri* عناق شول حيوانه ديرلر كه فارسيده سياه كوش ديرلر عجيبه كلبدر بودكدر و قولقلري سياه و كندودك اون قزل در *Anâk est animal illud quod in Perside vocatur Siyâh Ghûsh: in Perside canem magnitudine excedit: aures ejus sunt nigræ, & proprius color est rufus.* In libro *Mu'gjizât Phârsi* (est sc. Historia naturalis Persicè cum Iconibus,) exhibetur hujus animalis Icon, quæ, si pictori fides, satis exactè Leporem refert; nisi quòd moles sit undique major, corpus crassius, & Cauda ac Pedes ad proportionem longiores. Et in eodem Libro sequens descriptio extat, عناق اورا بپارسي سياه كوش كويند حيواني بغايت خوبست بزرگتر از سك بود كوشها او سياه بود ولون او لون اشتر سرخ موي همچنان صيد كند كه بوز كند وچون بروى اذار پاي خود نابديد كند وصيد كامك ديز كند وچون بپرد برجهد ازپس ومر اورا در هوا بگيرد *Anâk Persicè dicunt Siyâh Ghûsh, estq; animal pulcherrimum, cane majus: aures ejus sunt nigræ, & color ejus est coloris Cameli pilis subrufis. Venari solet eodem modo ac Pardus: & quando incedit, efficit ut vestigia pedum suorum dispareant. Solet venari Grues, quas, quando avolare conantur, in aerem saliendo captat.* Animal istud Persicè etiam alio nomine vocatur پروانك *Pervânek*, unde Arabicum فرانق *Phuránek*. Insigni sagacitate præditum est, & instinctu quodam naturæ

naturæ prædam Leoni præsentit, & suo latratu vel alio modo Leoni (siquis sit in vicinia) renuntiat. Et hinc Arabicè dicitur بريد Berîd, quod *Nuntium* ac *Præcursorem* in genere significat. Sic *Gjeuharius* يقال للفرانق البريد لانه ينذر قدام الاسد *AlPhurânek dicitur Berîd, eò quòd prænuntiet Leoni.* Cúmque Leo saturatus discedit, famulus iste ex reliquiis prædæ convivari solet: nunquam verò Leoni accedit, ne fortassis ipsius præda tandem fiat. De hac re apud *Sheich Sa'dum* in Libro *Gulistân* extat lepidissima historia, quam, quia brevis est, hoc loco recitare non pigebit مثل ، سياه كوش را كفتند ملازمت صحبت شير بچه وجه اختيار افتاد كفت تا فضله صيدش مي‌خورم واز شر دشمنان در پناه صولتش زندكاني ميكنم كفتند اكنون كه بظل حمايتش در آمدى وشكر نعمتش اعتراف كردى چرا نزديكتر نيايي تا بحلقه خاصانش در آورد واز بندكان مخلصش شمارد كفت همچنين از بطش او ايمن نيستم ، اكر صد سال كبرانش فروزد ، اكر يكدم درو افتد بسوزد ، *In modum Parabolæ, Atræ auriculæ dixerunt, Quomodo accidit ut adeò arctum tibi Leonis consortium elegeris? Respondit, Ut reliquiis prædæ ejus vescar, & ab hostium truculentiâ tuta sub illius potentiæ umbrâ vitam transigam. Dixerunt illi, Cùm jam sub patrocinii illius umbram conceßeris, beneficiáque illius extuleris, quid non propiùs accedis, ut te lectissimorum consortio inserat, & cum præstantioribus ministris connumeret? Respondit, Hoc modo à furore ejus secura non ero:* Nam, *etsi Ignicola centum annos ignem accenderit, si unum momentum in eum inciderit, comburitur.* Hoc Sydus Meridianum noctis medio occupat mense Octobri.

Ad Trigonum.

Ptolemæo Τριγώνα ἀστερισμός: aliis Δέλτωτον, à figura literæ Δέλτα. Arabibus مثلث Mothállath, i. *Triangulum.* Stella quæ in ejus vertice sita est, vocatur راس المثلث Râs AlMothállath, i. *Caput Trianguli.* Medinoctium & mesuranicum est in fine Octobris.

Ad Arietem.

Jam perventum est ad Zodiacum, Græcis dictum Ζωδιακὸν, propter τὰ Ζῴδια *animalia* quæ nomine tenùs ibidem reperiuntur. Apud Rabbinos varia habet nomina, ut גלגל המזלות Galgal Hammazzaloth, i. *Orbis Signorum*, & עגול המזלות Igghul hãmazzaloth, i. *Circulus signorum*, vel אופן המזלות Ophan hammazzaloth, i. *Rota Signorum*, & אזור המזלות Ezôr hammazzaloth, i. *Zona Signorum*, & testante Scaligero השב אפודת הגלגל Chesbebh Ephôdath haggalgal, i. *Inventio* seu

Opus

Opus phrygionarium Orbis, ſc. Signorum. Signa Dicuntur מזלות *Mazzaloth* ab influxu in inferiora. Syris Zodiacus appellatur ܟܘܕܪܘܢܐ ܕܣܗܪܐ Chudronû-tho de Malûſhe, i. *Circulus Signorum*. Arabibus audit فلك البروج Phelek Al-Burugj, i. *Orbis Signorum*; & منطقة البروج Mintaka AlBurugj, i. *Zona Signorum*; vel abſolutè منطقة Mintaka, i. *Zona, cingulum*, quòd medium cœli cingat. Vocabulum iſtud بروج *Burûgj* quo Signa denotantur, in ſingulari numero legitur برج *Burgj*, quod Turgjemân Arabicus Perſicè exponit كوشك Kûſhk, i. *Palatium, Arx*, ſeu *ſtructura quævis elatior*. Factum autem videtur à Græco Πύργος: nam in magna *Scala Copt-Arabicâ*, duodecim Signa Copticè vocantur (præmiſſâ ſyllabâ ⲛ quâ formatur numerus pluralis) ⲛⲓⲡⲩⲣⲅⲟⲥ ⲙⲙⲁ ⲓϭ, quaſi Græcè Πύργοι δώδεκα: adeò ut بروج *Burugj* à primâ impoſitione ſignificârit *Arces, Turres*, vel *Propugnacula* in quibus ſingula Signa ſive Conſtellationes ceu in tot *Palatiis* quot ſunt *Dodecatemoria* commorari crederentur. In hoc ſenſu *Alpherganus* & *Aben Ragel* per برج Burgj *Signum*, non ſtellas ipſas ſive *Conſtellationem*, ſed *Dodecatemorion* intelligunt. Exemplum videas in Notis ad decimam nonam Manſionem Lunæ. Et hinc eſt quòd Δωδεκάτομα, ſeu *Dodecatemoria* apud Manilium CASTRA vocentur.

Et quidem in hac animalium ſerie, gregis Zodiacalis ſe ducem præbet Κριός, *Aries*, qui Arabibus audit الحمل Al*Hámal*, Hebræis טלה *Tele*, Syris ܐܡܪܐ *Emro*, Perſis برّه *Bérre* vel *Berè*, Turcis قوزى *Kûzi*, quæ omnia *Agnum adultum* denotant. Sequentem deſcriptionem adducit Arabs, صورة الحمل على صورة غنم التفت الى خلفه و حول وجهه الى ظهره وله قرنان كالكبش فهي باسم الكبش اليف *Figura AlHámal eſt in formâ pecudis poſt ſe reſpicientis, facie ad dorſum obverſâ; habetque duo Cornua ſicut AlKebſh*, i. *Aries, ideóque fertur nomine AlKebſh Alîph*, i. *Aries manſuefactus*. Stella prima & ſecunda junctim vocantur in duali الشرطين *AlSheratein* vel الشرطان *AlSheratân*; & conſtituunt Lunæ Manſionem primam: tres verò ſtellæ Capitis (duæ lucidæ cum tertiâ parvâ) dicuntur in Plurali الاشراط *Al Aſh'râ*: omnia à ſingulari شرط Shérat, i. *Signum, indicium*. Prima Manſio Lunaris apud Aben Ragel appellatur راس الحمل Râs AlHámal, i. *Caput Arietis*. Stellæ ſeptima, octava, & undecima dicuntur من بطين Min Botein, i. *De Botein*: eſtque *Botein* forma diminutiva à بطن Betn, i. *Venter*; & conſtituit Lunæ ſecundam manſionem, cujus ſtellæ ſitæ ſunt propè ventrem. Prima earum quæ extra Figuram occurrunt, eſt الناطح AlNâtih, i. *Cornupeta*; & apud Turgjemân Arabicum dicitur quoque ناطح Nàt'h, quod ipſam actionem cornuferiendi notat: & alterutrum (pariter ac شرطين *Sheratein*) pro

pro nomine Manſionis primæ uſurpatur. Aries iſte ferè totus in Dodecatemorion Tauri ingreſſus eſt, & ſummâ nocte in ſummo recumbit cœlo inter Octobris finem & initium Novembris.

Ad Taurum.

Græcis Ταῦρος, Heb. שור *Shôr*, Arabibus ثور *Thaur*, Syris ܬܘܪܐ *Thauro* (nam literæ *Shin* & *Thau* in hiſce linguis ſunt ſemper commutabiles) Perſis گاو *Ghâv*, Turcis اوغوز *Ughûz*, quæ omnia *Bovem* ſignificant. Sic deſcribit Arabs, الثور على صورة بقر قطع على سرته بنصفين فبقي نصفه المقدم مطاطاء من السم القطع *AlThaur eſt in forma Bovis juxta umbilicum in duas partes diſſecti: manetq; anterior pars deorſum prona propter dolorem ſectionis*. Hinc Aratus vocat Πεπτηκότα, quaſi ſit in genua provolutus. Stellæ 11, 12, 13, 14, 15, 16 conſtituunt Manſionem Lunarem quartam, & *Ulugh Beigho* audiunt الدبران AlDebarân, quod Arabicè ſonat *Quicquid ponè, poſteriùs, & à tergo eſt*; & fortè à ſitu ortum eſt nomen. Romanis *Palilicium ſydus*. Græcè vocantur Ὑάδες, de quibus *Didymus*, Ὑάδες οἱ ἐπὶ τῶν κεφάλων Ταύρου ἐπτὰ ἀστέρες. καλοῦνται δὲ Ὑάδες ἤτοι διὰ τὴν φορὰς τὸ ὑετοποιὸν ὁμωνύμως, ἢ ἐπειδὴ αἱ ὄμβρων καὶ ὑετῶν καταρκτικαί. Alii à Ὗς *Sus*, unde *Suculæ* vel *Succulæ* appellantur. Mentem verò ſuſpicari ſubit vim nominis Arabici in *Hyadum* vocabulo latere: cùm enim repertus ſit gradus ſuperlativus ὕστατος, & comparativus ὕστερος; neceſſariò extiterit aliquando horum gradus poſitivus (etſi jam non in uſu) unde forma ſingularis τῶν Ὑάδων effluxerit. Etymologiſtæ volunt gradum poſitivum, eſſe ὑστὸ, quod tamen nec formâ nec ſignificatione congruit. Nomen *Debarân* quandoque peculiariter tribuitur lucidiſſimæ Hyadum, quæ etiam propriè dicitur عين الثور Ain AlThaur, i. e. *Oculus Tauri*: in Tabulis Perſicis Ὄμμα Βοὸς & ὁ λαμπρὸς τῶν Ὑάδων: aliis dicitur Λαμπαδίας, ob ſplendorem ſummum. Oritur paulo poſt Plejades, quod aſſerit *Mohammed Tuſæus*, وچون پروين يك نيزه بالا طلوع كند كوكبي روشن پديدا ايد در پس او بجنوب بايك كه با چهار كوكب ديكر كه ازو تاريكتر بر صورت كتابت حرف دال باشد واين كوكب روشن كه بريك طرف دال بود ان كوكب را عين الثور خوانند واين از منزل دبران است *Et quando Plejades per unius lanceæ altitudinem aſcenderint, ponè eas Auſtrum verſùs oritur ſtella quædam lucida, unà cum aliâ quæ eſt cum aliis adhuc quatuor ſtellis ſeipſâ obſcurioribus in forma ſcripturæ literæ Dâl: & hæc ſtella lucida quæ eſt in altera extremitate literæ Dâl, vocatur Ain AlThaur, eſtq; de Manſione Debarân.*

Stellæ 29, 30, 31, & 32 efficiunt Lunæ Manſionem tertiam: & *Ulugh Beigho* & Arabibus audiunt الثريا AlThuraiyâ, quæ eſt forma diminutiva à ثروى Thérwa

Thérwa, *Multus, copiosus, abundans*, quoniam ex multis stellis coactis constant *Plejades*. Ita ut à Græcis sui nominis rationem habuisse videantur Arabes, cùm facta sit appellatio πλειάδων à singulari πλειάς, quòd multæ sint. Stella vigesima nona vocatur وسط الثريا Wásat AlThuraiyâ, i. e. *Medium Plejadum.* Septenus fuit numerus Plejadum apud antiquos, unde *Didymus* in *Homerum*, Τῶν ἑπτὰ Πλειάδων ἑπτὰ ἐστι, πάνυ ἀμαυρὸς ὁ ἕβδομος ἀστήρ: & *Aratus* in Phænomenis,

Ἑπτὰ δή τοι κεῖνα ἐπῳδὸν καλέουσι.
Ἑξ δὲ μάλ' ὀφθαλμοῖσι φαείνεται ὀξυτάτοισι.

Et Ovidius canit, *Quæ septem dici, sex tamen esse solent.* Coptitis Ἑξάστερον. Porro Arabibus κατ' ἐξοχὴν vocantur النجم AlNegjm, i.e. τὸ ἄστρον: sic *Ecferi*, النجم الثريا وهو اسم عام فمتى قالوا اطلع النجم يريدون الثريا وان اخرجت منه الالف واللام تذكر *AlNegjm, i.e. Plejades; estq; nomen vulgare: quando enim dicunt, Exortum est AlNegjm, intelligunt Plejadas: at si abjeceris Eliph & Lam, tum non restringitur.* Phiruzabadius meminit aliquot stellarum post Plejades, quæ vocantur فرذون *Pherdûd*: hæc sunt verba ejus, الفرذون كواكب مصطفة خلف الثريا *AlPherdûd sunt stellæ quædam ordine dispositæ post Plejades.* Plejades Syris dicuntur ܟܝܡܐ *Chîmo*, Persis پرو *Perv* & پروين *Pervîn*, Turcis اولكر *Ulgher*. Plejades autem duobus nominibus in S. Scriptura designantur. Horum unum est כימה *Chîma*, cui in versione Arabicâ respondet الثريا *AlThuraiyâ*. Rabbi *David Kimchi*, & *Levi ben Gershom*, & *Aben Ezra* asserunt esse *Caudam Arietis*, vel *Figuram aliquam in Signo Arietis.* Et alibi *AbenEzra* dicit, הקדמונים אמרו כימה הם שבעה כוכבים קטנים והם בסוף מזל טלה *Antiqui dixerunt, Chîma esse septem stellas parvas in fine signi Arietis*: nempe proximæ adjacent Caudæ Arietis. Rabbi *Ishak Israel* disertis verbis dicit, כימה בערבי תריא *Chîma Arabicè est Thuraiyâ, i.e. Plejades.* Alterum nomen Plejadum, est סכות בנות *Succoth Benôth*, quod vulgò reddi solet *Tabernacula filiarum.* Huic sententiæ fidem faciunt Rabbini doctiores: Rabbi *Salomon Jarchi* ait, סכות בנות דמות תרנגולת עם אפרוחיה *Succoth Benoth erat in similitudine Gallinæ cum pullis suis.* In hoc sensu potiùs legendum *Succuth* vel *Siccuth.* Et cum hoc maximè congruit significatio *Tabernaculi* seu *Umbraculi filiarum*: Gallina enim pullos sub alis fovet, & quasi umbraculo superinducto ab omni noxâ tuetur. At Rabbi *David Kimchi* existimat סכות Succoth esse formam fœmininam סכו Sechvi, i.e. *Gallus*: ejus verba sunt סכות בנות זרה תרנגולת כלומר דמות תרנגולת היו עובדים היה שמה סכות בנות וכמו שקורין לתרנגול

לתרנגול סכוי כן היו קורין לתרנגולת סכות ובנות פ' עם אפרוחיה *Succoth Benoth, hoc est, Gallina: quasi diceres, faciebant similitudinem Gallinæ, cujus nomen erat Succoth Benoth. Et sicuti vocabant Gallum Sechvi, eodem modo etiam vocabant Gallinam Succoth: & Benoth exponitur, cum pullis suis.* Hancq; Gallinam R. *Jonas* in 5 Amosi vocat Plejadas, סכות בנות זרה כוכבים במזלה אשר בלשון אשמעאלים אלתוריא *Succoth Benoth sunt septem stellæ in Astro quod linguâ Ismaelitarum dicitur AlThuraiyà*, i.e. *Plejades.* Et vice versâ, per Plejadas, Gallinam cœlestem intelligendam esse monet *AbenRagel*, الثريا هو منزل القمر في برج الثور وتسمي دجاجة السما مع بناتها *AlThuraiyà, i.e. Plejades, est Mansio Lunæ in Signo Tauri: & vocatur Gallina cœlestis cum filiabus suis.* Eodem modo Plejades Gallis dicuntur *Pulsiniere*, & Anglis Hen and Chickens. Tauri Sydus nocte mediâ, circa medium Novembris & initium Decembris in Meridiano conspicitur.

Ad Geminos.

Ptolemæo Διδύμων ἀστερισμός. Aliis *Castor* & *Pollux*: & Ἀπόλλων & Ἡρακλῆς, unde facta sunt افلن وابركلوس *Aphellon & Heraclus*: & hinc orta sunt corrupta nomina *Aphellar, Aphellan, Abrachileus*, &c. Arabibus audiunt توامان Taw'amân, Hebræis תאומים *Teomîm*, Syris ܬܘܡܐ *Tóme*, quæ omnia *Gemellos* significant. Sed Arabes alio etiam nomine appellant جوزا *Gjauzà*, quod per literarum Metathesin factum videatur à زوج Zaugj, i. e. *par, bini*, ζεύγη. Quidam sentiunt profectum esse à جوز Gjauz, quod in genere *Nucem* denotat, peculiariter *Juglandem*, vel collectivè *Juglandes.* Et sic in Onomastico, ubi inter cætera, Signorum nomina Arabicè, Persicè, & Turcicè recensentur, Signum Geminorum dicitur Arabicè جوز Gjauz, i. e. *Nux, Juglans*: Turcicè قوز صفتلو برج Kûz Siphétlu burgj, i.e. *Nucem* vel *Nuces referens signum*, Persicè گردغان Ghirdeghân, quod universo Lexicographorum consensu *Nucem* vel *Juglandem* significat: nisi fortè malles explicari in numero plurali; nam profectum videtur à singulari گردوي Ghirdui, i. e. *Juglans.* Hisce autem conjecturis rejectis, vera hujus nominis ratio petenda est ex *Phiruzabadio*, apud quem جوز *Gjauz* exponitur وسط الشي *Medium cujusvis rei*: unde nomen جوزا *Gjauzâ*, quia in cœli medio positum. Et huic sententiæ consentanea est descriptio, quam adducit toties laudatus Arabs, الصورة الثالثة الجوزا وهي كوكب معترض في جو السما اي وسطها على صورة توءمين قايمين واضعين كل واحد منها عضده على عنق صاحبه *Figura tertia est Gjauzà, quæ est Astrum transversim positum in Gjau AlSamà, i.e. medio cœli: estq; in forma Gemellorum erectorum,*

ctorum, impoſito utriuſq; invicèm brachio in collum ſocii ſui. At جو Gjau ſignificat *acrem*, & tamen exponitur per وسط Waſat, i. e. *medium*: ideóque codicis mendum ſuſpicor, pro quo legendum جوز Gjauz. Stella prima dicitur راس التوم المقدم Râs AlTawum AlMukáddem, i.e. *Caput prioris Gemellorum.* Secunda eſt راس التوم الموخر Râs AlTawum AlMuáccher, i. e. *Caput poſterioris Gemellorum.* De his *Mohammed Tuſæus* in tractatu de Aſtrolabio, وبر مقابله شعري شامي از جانب شمالي دو ستاره روشن باشند نزديك بيكديكر كه ان دو ستاره را ذراع كويند وهريكي را راس التوام خوانند انكه اول برابر وبمغرب نزديكتر بود راس التوام مقدم خوانند وديكر را راس التوام موخر *E regione Sirii Syriaci, ad latus Boreale, ſunt duæ ſtellæ lucidæ ſibi invicem propinquæ; has ambas ſtellas dicunt Dirâ, i. e. Brachium: ſingulas etiam vocant Râs AlTaw'am. Earum altera quæ primò oritur, eſtq; Occidenti propinquior, dicitur Ràs AlTaw'am Mokáddem, altera verò Ràs AlTaw'am Muáccher.* ذراع *Dirà* conſtituit Manſionem Lunæ ſeptimam, quæ Alphergano dicitur *Caput Geminorum.* Et ſic etiam in Tabulis, quarum Author eſt *Mohammed Tizíni.* Hæc Lunæ Manſio Gjeuhario & Phiruzabadio vocatur ذراع الاسد Dirâ AlAſad, i.e. *Cubitus* ſeu *Brachium Leonis.* Gjeuharius quidem his verbis, ذراع الاسد وهما كوكبان فيران ينزلهما القمر *Dirà AlAſad conſtat duabus ſtellis lucidis in quibus commorari ſolet Luna.* Phiruzabadius prolixiùs agit, الذراع منزل للقمر وهو ذراع الاسد المبسوطة وللاسد ذراعان مبسوطة ومقبوضة وهي التي تلي الشام والقمر ينزل بها والمبسوطة تلي اليمن وهي ارفع في السماء وامن من الاخرى وربما عدل القمر فنزل بها تطلع لاربع ذخلون من تموز وتسقط لاربع ذخلون من كانون الاول *AlDirà eſt Manſio quadam Lunaris, eſt nempe Dirâ AlAſad AlMebſûta, i.e. Brachium Leonis expanſum. Leoni enim ſunt duo Brachia, ſc. Mebſûta, i. Expanſum ſeu extenſum; & Mekbûda, i. Contractum: & hoc eſt quod adjacet Syriæ; Expanſum verò adjacet ṭîs AlJemen, i. Arabiæ felici, eſtq; elatius in cælo, & plus extenſum quàm eſt alterum, & Luna aliquando exorbitans in hoc commorari ſolet. Exoritur quartâ dierum labentium de menſe Tamûz; & occidit quartâ labentium de Canûn priori.* Stella decima quarta quibuſdam dicitur Νεῦνος, Ptolemæo Νῶτος, & quod idem eſt Perſicè پشپاى *Piſh-pâi.* Stellæ decima ſeptima & decima octava vocantur الهنعة *AlHen'a*; & conſtituunt Manſionem Lunarem ſextam. *Alphergan*us ait,

Sunt duæ ſtellæ oppoſitæ in pedibus Geminorum, quarum ſeptentrionalis eſt lucidior. Camuſi Author varias expoſitiones affert, الهنعة منكب الجوزا الايسر وهي خمسة انجم مصطفة ينزلها القمر او كوكبان ابيضان مقرنان في المجرة بين الجوزا والذراع المقبوضة او ثمانية انجم في صورة قوس ويسمي ذراع الاسد وفي مقبض القوس نجمان يقال لهما الهنعة او هي كوكبان ابيضان بينهما قيد هبوط باثر الهنعة في المجرة وانما ينزل القمر بالتحايي وهي ثلاثة كواكب تحت الهنعة واحدها تحياة وهنعة عطفة وشي بعضه علي بعض *Al Hen'a eſt Humerus Orionis ſiniſter, & conſtat quinque ſtellis in ordine diſpoſitis in quibus commorari ſolet Luna. Aut eſt Duæ ſtellæ albicantes ſibi invicèm vicinæ in Galaxia inter Orionem & Brachium contractum. Aut eſt octo ſtellæ in formâ arcûs, quæ nominantur Dirâ AlAſad, i. Brachium Leonis: & in manubrio arcûs ſunt duæ ſtellæ quæ dicuntur Al Hen'a. Aut eſt duæ ſtellæ albicantes inter quas eſt quantitas longitudinis ſcuticæ ad veſtigiũ ṭîs AlHek'a in Galaxia: & quidẽ commorari ſolet Luna in ṭîs AlTahâyi, quæ ſunt tres ſtellæ è regione AlHen'æ; unaquæque harum vocatur Teh'yât. Porrò Hen'a eſt quævis res quæ aliã immediate ſequitur, vel alteri ſuperſtruitur,* [vide Notas ad Oriona & Canem min.] Deprehenditur Geminorum Aſtrum in Meridiano circa medium noctis decedente Decembri, & in eunte Januario.

Ad Cancrum.

Ptolemæo Καρκίνος ἀστερισμός. Epitheta habet Ὀκτάπους, Ὀκτωδοβάμων, &c. *Cancer* Arabibus dicitur سرطان *Sertân*, Syr. ܣܪܛܢܐ *Sartóno*, Perſ. خرچنك *Cherejèngh*, Turc. لنكج *Lenkutch* vel *Lenkitch*, & ينكج *Yenkutch* vel *Yenkitch*, & يلنكج *Yilenkutch* vel *Yilenkitch*: nam variè apud eos legi ac ſcribi ſolet. Prima ſtella Arabibus vocatur معلف Ma'laph, i. *Præſepe*; idem quod Græc. φάτνη: Vocatur item النثرة *AlNéthra*, quæ conſtituit manſionem Lunæ octavam. *Ecteri* dicit النثرة منازل قمرين اكي يلدز دركه ارالري برقرديش مقدار وارديرو اهل نجوم انف الاسد دخي ديرلر والخيشوم و فرجة بين الشاربين حيال وترة الانف وكذلك من الاسد *AlNéthra eſt una ex Manſionibus Lunæ, quæ conſtat duabus ſtellis quantitate ſpithamæ à ſe invicèm diſtantibus: Aſtronomi vocant etiam Emph AlAſad, i. Naſus Leonis. Significat quoque ſummitatem naſi, & Rimam inter myſtaces è regione Iſthmi ſeu Imbricis naſi: & eodem modo de*

Leone

Leone usurpatur. Stellæ quarta ac quinta Arabicè audiunt الحمارين Al Himarein vel الحماران Al Himarân, i. *Duo Asini*, qui in dicto Præsepi pascere videntur. Græcis Ὄνοι vel Ὀνίνοι *Asselli.* Hoc Sydus Meridianum illustrat circa mediũ noctis post initium, reliquóque mense Januarii:

Ad Leonem.

Ptolemæo Λέοντος ἀστεισμός. Λέων verò dicitur à λέω *video*, quod sit animal vigilantissimum, &, ut fertur, apertis oculis dormiat. Hebræis item dicitur אריה *Ar'ye* quod fortè à ראה *vidit* deductum. Arab. اسد *Asad*, Syr. ܐܪܝܐ *Ar'yo*, Pers. شير *Shîr*, Turc. ارسلان *Arslân* vel اصلان *Aslân*. Prima stella appellatur منخر الاسد Mínchir Al Asad, i. *Nares Leonis.* Tertia, est راس الاسد الشمالي Râs Al Asad Al Shemâli, i. *Caput Leonis Boreale.* Quarta, est راس الاسد الجنوبي Râs Al Asad Al Gjenûbi, i. *Caput Leonis Australe.* Stellæ quinta, sexta, & septima vocantur الجبهة Al Gjeb'ha, i. *Frons*, quæ constituit Mansionem Lunarem decimam. *Gjeuharius* dicit constare quatuor stellis. Octava vocatur ملكي Meliki, i. *Regia*: Græcis Βασιλίσκος *Regulus*, seu Βασιλικὸς ἀστήρ: dicitur quoque قلب الاسد Kalb Al Asad, i. *Cor Leonis.* In Chrysococcæ Tabulis Persicis Καρδία Λέοντος. Mohammed Tusæus hujus stellæ situm sic describit و برعقب ايشان بمقدار دو سه تيره چهار كوكب برايند برخط مقوس وازين چهار جنوبي كوكب هم كه مقابل اول باشد روشن تر بود وجنوبي تر ازهمه بزرگتر بود اورا قلب الاسد خوانند. *Et ponè illas* (sc. stellas in Capitibus Gemellorum) *intra spacium duarum aut trium lancearum quatuor stellæ oriuntur in lineâ arcuatâ: ex his quatuor, stella tertia quæ Australis est è regione primæ, lucidior est; & omnium Australissima major est, hanc vocant Kalb Al Asad.* Stella vigesima, est ظهر الاسد Duhr Al Asad, i. *Dorsum Leonis*: In Chrysococcæ Tabulis Ζῶνα Λέοντος, quasi ejus Lumbum cingens: hæcque stella cum vigesimâ secundâ in altero Codicum dicitur من الزبرة Min Al Zub'ra, i. *De crine dorsi*: at in cæteris codicibus vigesima prima & vigesima secunda vocantur Min Al Zub'ra. *Ecteri* dicit الزبرة منازل قمرست اكي بنمر روشن بلندر والشعر الجمع بين كتفي الاسد *Al Zub'ra est Lunaris Mansio quæ duabus stellis lucidissimis constat: estque collectus crinis inter scapulas Leonis.* Turgjemân Arabicus ait زبرة كوكبان نيران وهما كاهل الاسد ميان و شانه بنزلهما القمراي منزل بازدهم از منازل القمر *Zub'ra constat duabus stellis lucidis quæ sunt Kâhil Al Asad, i. Interscapilium Leonis: in his commorari solet Luna: est nempè ex mansionibus Lunaribus*

Lunaribus mansio undecima. Phiruzabadius alterum hujus mansionis nomen adducit; estque in duali numero الخراتان *Al Cheratân* vel الخرتان *Al Chertân*, الخراتان نجمان وزبرة الاسد *Al Cheratân sunt duæ stellæ, sc. Zub'ra Al Asad.* Vigesima septima stella, est صرفة Serpha, seu *Mutatrix*, sic dicta ob mutationem æstûs & frigoris: estque Mansio Lunæ duodecima: sic Turgjemân Arabicus صرفة منزل من منازل القمر وهو نجم واحد نير يتلقا الزبرة وسمي صرفة لانصراف البرد بطلوعها و اقبال الحر *Serpha est una ex mansionibus Lunæ: estque unica quædam stella lucida obvia ei Al Zub'ra: & nominatur Serpha propter discessum frigoris ipsâ Oriente, & adventum æstûs.* Mohammed Tusæus ait, و بمقدار يك تيره كوكبي روشن وفر بزرگي و خردي ميانه برعقب ايشان برايند اورا صرفه خوانند *Et intra quantitatem* longitudinis *unius lanceæ, stella quædam lucida inter magnitudinem & parvitatem media oritur ponè illas*, (sc. post Zubra,) *hanc vocant Serpha.* Alpherganus tradit hanc appellari *Caudam Leonis*, i.e. Arabicè ذنب الاسد Danab Al Asad: & hæc quibusdam audit Ἀλκαῖα, à summo robore quod Caudæ inest. In Chrysococcæ Tabulis Οὐρὰ Λέοντος. In indicando Tractum Borealem & Australem magna inter codices invenitur discrepantia à stella decima ad decimam quintam inclusivé: In codice Saviliano non planè constat de 10, 11, & 12mâ in quonam Tractu reperiantur: at tres sequentes habet in Tractu Australi; in quo etiam codex ex Bibliothecâ Coll. Sti *Johannis* ponit stellam decimam: cæteras verò in Tractu Boreali. Codex Doctiss. *Pocockii* ponit has omnes, exceptâ decimâ, in Tractu Australi. Meritò dubitari potest de Gradibus Latitudinis stellæ vigesimæ primæ & vigesimæ quintæ, quibus subscribitur lineola: at codices nostri omnes consentiunt.

Ἀμόρφωτοι sive *Informes* vocantur Arabibus الحوض Al Haud, i. *Lacus*, vel *Cisterna.* [Vide Notas ad Ursam majorem.] Græcis autem Πλόκαμος Βερενίκης, & Τείχος Βερενίκης, (nam utroque modo scribi solet) & Συστροφὴ Πλοκάμου; & Ἠλακάτη *Colus*, crines enim instar lini dependere creduntur. Sexta stellarum Informium vocatur ضفيرة الاسد Daphîra Al Asad, i. *Cirrus Leonis*: & ad hanc pertinent duæ sequentes dictæ الضفيرة Al Daphîra, i. *Cirrus plexus & in se contortus.* In descriptione ultimæ stellæ, duo codices legunt قسين *Kißîn*, quod pro οὐλῷ κοσίνῳ *Ptolemæi* positum existimo: & quod exegeticè adducitur ابلاب Leblâb, *Convolvulum* in genere significat; cujus una species hæc ponitur *Hedera*, quæ circa arbores volvitur easque amplectitur. Doctiss. *Pocockii* codex pro *Kißîn*, legit كل دستر Ghùl Néfteren, quod nostratibus *Rosa canina* dicitur. Leonis Sydus Meridianum pervagatur nocte mediâ, mense Februario.

Ad Virginem.

Ptolemæo παρθένος ἀστερισμός. Arabibus عذرا *Adrâ*, Syris ܒܬܘܠܬܐ *Bethulto*, Hebræis בתולה *Bethula*, quæ omnia *Virginem* denotant. At respectu stellæ primariæ dicitur Hebræis שבלת *Shibboleth*, Syris ܫܒܠܬܐ *Shevolto*, Arabibus سنبلة *Súmbela*, Persis خوشه *Chûshe*, Turcis سلقم *Sálkim*, Græcis στάχυς quæ omnia *Spicam* significant, sumptâ denominatione ab insigniori quâdam stellâ utpote à potiore parte: hinc est quòd in Mappâ Arabicâ (referente *Casio*) Manipulus spicarum pro totâ Virgine adhibeatur. Apud Abu Ma'sher in primo Virginis Decano *Oritur puella cui Persicum nomen Secdeïdos de darsama, Arabicè interpretatum Adre nedefa.* Quomodo autem acciderit ut Persicum nomen ita mirè distortum ac depravatum sit, sanè nescio; nam Arabicum عذرا دظفة Adre nedepha, i. *Virgo pura*, apud Turgjemân Arabicum Persicè redditur دوشیزه پاکیزه *Dushîza pakîza*, eâdem significatione: nec extat aliud vocabulum Persicum quod propiùs accedit. Stellæ quinta, sexta, & septima in duobus codicibus dicuntur من العوا Min AlAuwâ, i. *De Latratore* seu *Vociferatore*. Stella septima appellatur زاوية العوا Zâwiya AlAuwâ, i. *Angulus Latratoris*. At in Docti. *Pocockii* codice tantùm quarta & quinta dicuntur من العوا Min AlAuwâ, & quinta etiam زاوية العوا Zâwiya AlAuwâ. In omnibus codicibus decima stella est من العوا Min AlAuwâ; & sic quoque in duobus codicibus decima tertia, quæ etiam vocatur مقدم القطاف Múkdim AlKetâph, i. *Antevindemiator, præcedens vindemiam*: Græcis προτρυγητὴς vel προτρυγητήρ. Hæ itaque stellæ jam dictæ constituunt العوا AlAuwâ, ejusdem nominis cum *Boöta*. Et stellæ hujus *Latratoris*, designant Lunæ decimam tertiam Mansionem, quæ (ut legit *D. Golius* ex *Gjeuhario*) quatuor aut quinque stellis literam *Eliph* aut *Lam* referentibus constat. At nostrum *Gjeuharii* exemplar paulò aliter habet والعوا من منازل القمر وهي خمسة انجم يقال لها ورك الاسد *AlAuwâ est una ex Mansionibus Lunæ, & constat quinque stellis quæ vocantur Werek AlAsad*, i. *Coxa Leonis.* Phiruzabadius exponit منزل للقمر خمسة كواكب او اربعة كادها كتابة الف *Est Mansio Lunaris ex quinque aut quatuor stellis in formâ Scripturæ literæ Eliph.* Decima quarta stella (quæ perperam vulgò dicitur *Asimeth* & *Husimeth*, &c. & malè à Scaligero حزمة الحصال Huzmet AlHisâl, i. *Fasciculus frumenti* vel *Segetis*,) vero ac genuino nomine vocanda est سماك الاعزل Simâk AlA'zal, i. *Efferens Inermem*, sc. Virginem; idque ut distinguatur à سماك الرامح Simâk AlRâmih, i. *Efferens Hastiferum* seu *Lanceatorem*, sc. Boötam. Vel

Vel sic dicitur quòd non sit vicinis stellis constipata. [Vide Notas ad Boötam.] AlAuwâ & AlSimâk (ut ex Camûso legit Doctiss. *Golius*) vocantur الانهرار AlInhirâr: nostra autem tria Camûsi exemplaria proculdubio meliùs legunt الانهران AlAnharân, i. *Duæ Aquosæ & humidæ*: est enim numerus Dualis. Camusi verba hæc sunt الانهران السماك والعوا لكثرة مايهما *AlAnharân sunt AlSimâk & Al Auwâ, propter copiam aquæ in eis*, sc. propter aquositatem quam portendunt. Simâk AlA'zal designat Mansionem Lunæ decimam quartam: & in Chrysococcæ Tabulis Persicis appellatur Μικρὸς Κοντοφόρος, i. *Contatus minor*, ut dignoscatur ab Arcturo qui simpliciter vocatur Κοντοφόρος, i. *Conto* aut *hastili armatus*. Situm ac descriptionem harum stellarum ulteriùs habe ex Mohammede Tusæo وبرعقب صرفه بمقدار دو تيزه ستاره روشن تنها مي ايد كه بر جانب شمال او بقدر سه چهار تيزه ستاره سخت بزرك وروشن وستاره تاريكتر در بعد دو كزبا او برمي ايد واين دو ستاره روشن سماكان اند يكي كه تنها است اورا سماك اعزل خوانند ويكري كه روشن تر بود وشمالي است اورا سماك رامح خوانند وان ستاره كه با اوست اورا رمح رامح خوانند *Ponè Serpha ad quantitatem duarum lancearum sola oritur stella quædam lucida, ad cujus latus Boreale intra quantitatem trium aut quatuor lancearum, est stella quædam valde magna ac lucida, & alia quædam stella obscurior ad distantiam duorum cubitorum, oritur: & duæ stellæ lucidæ sunt* Simakân, i. *Duæ* Simâk, *ea quæ sola est, vocatur* Simak A'zal, *& alia quæ lucidior est ad Boream, dicitur* Simâk Râmih; *& stella quæ cum eâ est, vocatur* RumhRamih, i. *Lancea Lanceatoris.* Turgjemân Arabicus meminit aliarum aliquot stellarum quæ circa *Spicam* versantur: & vocantur عرش السماك Arsh AlSimâk, i. *Solium Efferentis*, sc. Inermem, sic enim magna *Spicæ* stella appellatur: & *Arsh* significat *Solium, thronum*, vel etiam *umbraculum* & *quicquid supernè obtenditur.* Dicti authoris verba hæc sunt عرش السماك اربعة كواكب صغار اسفل من العواء يقال لها عجز الاسد *Arsh Alsimâk constat quatuor stellis exiguis quæ sunt infra Latratorem, hæ vocantur Agjaz AlAsad*, i. *Clunes Leonis.* Et sic etiam Phiruzabadius. *Latrator* iste sic dicitur quòd stellæ ejus sicut Canes Leonem allatrare videantur. Stellæ vigesima secunda, vigesima tertia, & vigesima quarta & vigesima quinta, dicuntur من الغفر Min AlGaphr, i. *Ex AlGaphr*, quod significat *Ventrem, Velamen*, & *Tectoram*; quòd stellæ ejus obtectæ sint, ut dicitur in Libro *Mú'gjizât. Turgjeman* Arabicus refert, غفر ثلثة انجم صغار بمنزلها القمر وهي من الميزان وان منزل چادرش هم است *Gaphr constat tribus stellis exiguis in quibus Luna commorari solet; suntque de Libra: est sc. Mansio decima quinta.* Melius (ut videtur) dixisset *Propè Libram*, nam *Ulugh Beigh* eas ponit in Pede Virginis. Rectiùs itaque

itaque Alpherganus, *Sunt tres stellæ parvæ quarum duæ tendunt ad Libram dextram.* Virginis Astrum mediâ nocte in Meridiano apparet sub finem Martii, & ineunte Aprili.

Ad Libram.

Ptolemæo Χηλαὶ ἀστερισμός. Namque الزبانان AlZubanân, i. *Chelæ* Scorpionis, efficiunt الكفتان AlKiffatân, i. *Duas Lances* Libræ. Asterismus iste quibusdam dicitur Λίτρα, Στατήρ, Σταθμός, & Ζυγός, uti & Hebræis מאזנים *Mozenâim*, Arab. الميزان *AlMizan*, Syr. ܡܙܢܐ *Masátho*, Persis ترازو *Terâzu*, quæ omnia *Libram, stateram*, aut *Bilancem* significant. Turcæ plerumque utuntur nomine Arabico ميزان *Mizan*, quod in eorum linguâ explicatur طرجف الاتي Tartagjek Alati, i. *Ponderandi instrumentum.* Arabs ait, الصورة السابعة من الصور الاثني عشر الواقعة على منطقة البروج الميزان *Septima de duodecim signis quæ in Zonâ signorũ incidunt, est AlMizân*: & hujus stella prima quæ Gr. Χηλὴ Νότιος, Arab. dicitur زبانة جنوبي Zubâna Gjenubi, i. *Chela Australis*, & الكفة الجنوبية AlKiffa AlGjenubiya, i. *Lanx Australis.* Stella tertia quæ Græcis Χηλὴ Βόρειος, Arabibus est زبانة شمالي Zubâna Shemâli, i. *Chela Borealis*, vel الكفة الشمالية Al Kiffa AlShemâliya, i. *Lanx Borealis.* Et زبانا Zubanâ, seu *Chelæ* designant Lunæ Mansionem decimam sextam. Hoc Sydus Meridianum mediâ nocte occupat ineunte Majo.

Ad Scorpionem.

Ptolemæo Σκορπίου ἀστερισμός. Hebræis עקרב *Akrav*, Arab. عقرب *Akrab*, Syr. ܥܩܪܒܐ *Akrevo*, Persis گژدم *Ghézhdum*, Turcis قيروغي *Koirúghi*, quasi κατ' ἐξοχὴν *Caudatus*, vel اوزون قيروغي Uzûn Koirúghi, *Prolixè caudatus*, vel *Longâ caudâ præditus.* Sex ejus stellæ priores vocantur اكليل الجبهة Iclîl AlGjeb'ha, i.e. *Corona frontis*: vel simpliciter dicitur اكليل Iclîl, i.e. *Corona*, & designat Mansionem Lunæ decimam septimam, quæ ex sententia *Alphergani* tribus tantùm stellis constat: *Phiruzabadius* autem Coronæ tribuit stellas quatuor; ejus verba sunt; اكليل منزل القمر من اربعة انجم مصطفة *Iclîl est Mansio pro Luna, quæ fit quatuor stellis in ordine collocatis.* Stella sexta peculiariter dicitur جبهة العقرب Gjeb'ha AlAkrab, i.e. *Frons Scorpionis.* Stella octava appellatur قلب العقرب Kalb AlAkrab, i.e. *Cor Scorpionis*: vel simpliciter قلب Kalb, i. *Cor*: & designat Mansionem Lunæ decimam octavam. De Μεσσαλᾶνος ejus *Mohammed Tusæus* refert, وچون فكه بميان اسمان رسد در جانب جنوب ستاركان عقرب در يك رسند بنصف النهار از ان روشن تر ستاره بود كه با و ستاره ديكر نازديكتر تر از و جانب باشد خطي مقوس اذ اقلب العقرب خوانند

Et quando Phecca ad medium cœli pervenit, Austrum versùs stellæ Scorpionis Meridiano appropinquant: ex eis est stella quædam lucidior, quæ cum duabus aliis obscurioribus ex utroque latere lineam arcuatam efficit: hanc vocant Kalb AlAkrab. Hæ duæ in utroq; latere cordis in lib *Mu'gjizat* vocantur النياط AlNiyât. i. *Præcordia.* In Chrysococcæ Tabulis Persicis vocatur Καρδία Σκορπίου, & Ἀντάρης. Stellæ vigesima & vigesima prima vocantur الشولة *AlShaula*, quod propriè *Caudam Scorpionis*, non autem alius cujuspiam animalis, denotat. Et hæ duæ stellæ designant Mansionem Lunæ decimam nonam. In altero Cod. legitur شوكة Shauka, i. *Spina*: vel *Aculeus* intelligitur, vel est scribæ error. A vitiosâ scriptione ac lectione vocis الشولة *AlShaula*, ortum est: *Shomlek*, dum *Wau* legitur pro *Mim*, & ة pro ك: vel cum *Mim* ad initium, & omisso *Wau*, *Moshlek*; vel neglecto *Lam* posteriori, *'Alasha*: nam tot saltem modis legitur in libris Latinis. Pro hoc ultimo, Scaliger adhibet لسعة Las'a, i. *Punctura Scorpionis*, satis felici conjecturâ, etsi genuinam nominis orthographiam non assecutus est. Prima earum quæ sunt extra hanc Figuram, dicitur تالي الشولة. Tâli AlShaula, i. *Sequens caudæ Scorpionis.* Hoc Sydus mediâ nocte in Meridiano sistitur Majo deficiente & emergente Junio.

Ad Sagittarium.

Ptolemæo Τοξότου ἀστερισμός: aliis Τοξότης, & Ῥυπαρτόξης, & Βελοκρόπος. Arabibus الرامي AlRâmi, i. *Sagittarius*, *Jaculator*: item قوس *Kaus*, uti & Hebræis קשת *Késheth*, Syris ܩܫܬܐ *Késhto*, Persis كمان *Kamân*, Turcis ياي *Yai*, quæ omnia significant *Arcum.* Hoc modo describit Arabs, الصورة التاسعة القوس وهي على صورة فرس من المؤخر الي العنق ومن العنق الى الراس كانسان اسبل العذاير ووضع السهم في القوس ومن العنق للرامي *Figura nona est Arcus; & hæc Figura est sub formâ equi à posteriori parte ad Collum: & à Collo ad Caput refert hominem mystace in genis præditum. Porrò sagitta in Arcu collocatur, & Collum ad jaculandum extenditur.* Prima stella quibusdam dicitur رح التشابة fortè legendum Zugj AlNushâba, i. *Cuspis* vel *Ferramentum Spiculi.* At stella prima & secunda *Ulugh Beigho* vocantur من النعايم الواردة Min AlNaâïm AlWârida, i. *E pecoribus adeuntibus*, sc. aquam vel aquationem. Sexta & septima من النعايم الصادرة Min AlNaâïm AlSâdira, i. *E pecoribus redeuntibus*, sc. ab aquatione. Apud *Ecteri* quatuor tantùm numerantur, النعايم منازل قمر ن *AlNaâïm est una ex Mansionibus Lunæ, quæ quatuor stellis lucidis constat. Gjeuharius* autem enumerat bis quatuor, quæ Mansionem Lunæ vigesimam constituunt, النعايم منزل من منازل القمر وهي ثمانية انجم كانها سرير معوج اربعة صادرة واربعة واردة *AlNaâïm, sunt octo stellæ Solium incurvum referentes; quarum quatuor sunt AlSâdira, & quatuor AlWârida.*

da. Totidem quoque recenset *Mohammed Tizini* in Tabulis quæ infrà occurrunt. Octava Sagittarii stella dicitur عين الرامي Ain AlRâmi, i. *Oculus Sagittarii.* Vigesima & vigesima prima, sunt *Ex Pecoribus redeuntibus.* Vigesima tertia vocatur عرقوب الرامي Urkûb AlRâmi, i. *Suffrago* seu *Magnus tendo Sagittarii.* Vigesima quarta, est ركبة الرامي Rucba AlRâmi, i. *Genu Sagittarii.* Hoc Sydus Meridianum permeat nocte mediâ circa discessum Junii & ingressum Julii.

Ad Capricornum.

Ptolemæo Αἰγοκερὼς ἀστερισμός. Heb. גדי *Gedi*, Arabibus جدي *Gjedi*, Syris ܓܕܝܐ *Gadjo*, Persis بزغاله *Buzghâle*, Turcis اوغلاق *Vghlàk*, quæ omnia *Hædum* significant. Hanc ejus descriptionem adducit Arabs, الجدي على صورة حوت بالموخر وصورة معز في القرنين بالمقدم *AlGjedi est sub formâ Piscis in posteriori parte; & in formâ capri bicornis in anteriori parte.* Stella prima & tertia dicuntur من سعد الذابح Min Sa'd AlDâbih, i. *Ex Fortuna mactantis:* vel simpliciter vocatur ذابح Dâbih, i. *Mactans.* Turgjemân Arabicus dicit esse quatuor stellas, ذابح اربعة في الانجم برج الجدي ينزلها القمر منزل يمستون وهو استه *Dâbih constat quatuor stellis in Signo Capricorni, in quibus commorari solet Luna: est sc. Mansio vigesima secunda.* Stella vigesima tertia & vigesima quarta vocantur سعد ناشرة Sa'd Nâshira, i. *Fortuna averruncantis* vel *Divulgantis* nuncium. Vigesima quarta etiam dicitur ذنب الجدي Danab AlGjedi, i. *Cauda Capricorni.* Phiruzabadius enumerat decem Fortunas, quas vocat سعود النجوم Süûd AlNugjûm, i. *Fausta Sydera*, quæ omnia ab *Ulugh Beigho* suis locis recensentur. Harum quatuor designant Mansiones Lunares: sex autem non sunt Mansiones, de quibus dictus author dicit, كل منها كوكبان بينهما في المنظر كقدر ذراع *Earum singulæ constant duabus stellis, quæ (quantùm sunt visui obviæ) ferè cubito à se invicem distare videntur.* Hoc Sydus Meridianum circa noctis medium pervagatur sub finem Julii & inito Augusto.

Ad Aquarium.

Ptolemæo Ὑδροχόος ἀστερισμός. Arabibus ساكب الماء Sâkib AlMâ, i. *Effusor aquæ:* his quoque dicitur دلو *Delv*, Heb. דלי *Deli*, Syris ܕܠܘܐ *Daulo*, Persis دول *Dûl*, Turcis قوغه *Kûgha*; & hæc omnia *Urnam* aut *Situlam* denotant. Hunc Asterismum sic describit Arabs, الدلو على صورة انسان قائم بسط يديه واخذ باحدى يديهما كوزا مقلوبا ليسكب منه الماء *AlDelv est in formâ hominis erecti expansis*

expansis manibus, quarũ alterâ tenet urceũ subversum ad effundendã aquam. Stellæ secunda ac tertia vocantur سعد الملك Sa'dAlMelik, i. *Fortuna Regis*; si legatur Mùlk, *opum*, & *substantiæ.* Quarta & quinta dicuntur سعد السعود Sa'd AlSüûd, i. *Fortuna Fortunarum:* & hæc est Mansio Lunaris vigesima quarta. Phiruzabadius meminit aliarum aliquot stellarum, quæ vocantur العائدة AlAna, his verbis العائدة كواكب بيض اسفل من السعود *AlAna sunt aliquot stellæ candicantes infrà tàs AlSüûd.* Stellæ sexta & septima appellantur سعد بلع Sa'd Búla', i *Fortuna deglutientis*; vel in duali numero audiunt البلعان Al Bulaán. De his Phiruzabadius refert, بلع هو نجمان مستويان في المجري احدهما خفي والاخر مضيء يسمي بالعا كانه بلع الاخر وطلوعه ليلة تبقي من كانون الاخر وسقوطه ليلة مضي من اب *Búla' constat duabus stellis cursu æqualibus; earum altera obscura est, & altera lucida, quæ nominatur deglutiens, quasi absorbeat alteram. Oritur unâ nocte reliquâ* (i. penultimâ) *de Canûn posteriori, & occidit unâ nocte iabente* (i. secundâ) *de* Mense *Ab.* Et hæc est Mansio Lunæ vigesima tertia. Stellæ 9, 10, & 11mi, vocantur سعد الاخبية Sa'd AlAchbiya, i. *Fortuna tentoriorum:* & hæc est Mansio Lunæ vigesima quinta. Et heic notandum est, quòd pro *Sa'd*, in Globis perperam scribitur *Sheat* vel *Seat.* Stella quadragesima Magnitudinis primæ appellatur ضفدع اول DiphdaAuwal, i. *Rana prima:* dicitur etiam فم الحوت الجنوبي Pham AlHûtAlGjenûbi, *Os Piscis Australis.* Hoc Sydus Meridianum nocte mediâ tenet circa finem Augusti & initium Septembris.

Ad Pisces.

Ptolemæo Ἰχθύων ἀστερισμός. Judæis דגים Dagáïm, i. *Duo pisces.* Arabibus verò hæc Constellatio dicitur حوت *Hût*, & سمكة *Sâmaka*, Syris ܢܘܢܐ *Nûno*, Persis ماهي *Mâhi*, Turcis بالق *Bâlik*, quæ omnia significant *Piscem* in numero singulari. Scaliger hoc factum existimat, quasi alter Piscium Borealior cum Andromedâ confunderetur apud Arabes, & Filum connecteretur Ceto: sed hoc gratis dictum videtur; nam in illis Constellationibus quarum nomina à Græcis acceperunt, verisimile est easdem cum Græcis descriptiones adhibuisse. *Filum* Pisces connectens Arabicè dicitur خيط Cheit, vel خيط كتاني Cheit Kettâni, i. *Filum lineum.* *Ptolemæo* Λῖνον, aliis Δεσμὶς, vel Σύνδεσμος Ἰχθύων, & Ἀσπιδότη, quam *Hesychius* exponit Ἀστέρων ἀστέρων χύσις. Hoc Astrum toto ferè Septembri & Octobri Meridiano circumfunditur nocte mediâ.

Ad Cetum seu *Balænam.*

Sequuntur Constellationes quæ sunt ad Austrum Zodiaci, & dicuntur Arabibus صور جنوبي Suwer Gjenûbi, i. *Figuræ Australes.* Harum prima dicitur in

in Chysococc. Tabb. Perſ. ἰχθὺς μέγας: Ptolemæo κῆτος, unde profectum eſt Arabicum nomen قيطس *Ketus.* Hanc deſcriptionem adducit Arabs, قيطس هو حيوان في البحر له يدان وذنب كالطير وعلي يديه كوكب يقال له النعامان وعلي ذنبه كوكب وعلي فم الحوت الجنوبي كوكب اخر يقال لهما الضفدعان *Cetus eſt animal marinum manibus* (i. Anterioribus pedibus) *præditum, & Caudâ etiam perinde ac volucris. Porrò in manibus ejus eſt ſtella quædam dicta AlNaâmân: Item in Cauda eſt ſtella, & in Ore Piſcis Auſtralis eſt alia ſtella; hæ vocantur AlDiphdaân, i. Duæ Ranæ.* النعامان videtur eſſe in duali numero à نعام Naâm, i. *Struthiocamelus*: ideóque fortè pro كوكب *Caucab* legendum كوكبان Caucabân, i. *Duæ quædam ſtellæ dictæ AlNaâmân*, vel ſaltem pro ن *Nûn* in نعامان adhibendum eſt ت *Te*: nam in Tabulis *Mohammedis Tizîni*, quatuor quædam ſtellæ *Ceti* vocantur النعامات *AlNaamât*, i. *Struthiocameli.* Stella ſecunda dicitur كف الجذما Caph AlGjedmâ, i. *Manus truncata*: at *Caph* propriè *volam* denotat. Deſcriptio ſtellæ quintæ apud *Ptolemæum* ſic ſe habet, ὁ ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ καὶ τῆς ὀφθαλμῆς. *Ulugh Beighi* exemplaria inter ſe diſcrepant: in duobus codicibus planè legitur انك برابرو چشم است *Quæ eſt è regione duorum oculorum.* In tertio codice, انك برابرو وچشم است *Quæ eſt in Supercilio & Oculo.* Hæcque diſcrepantia per incuriam Librarii orta eſt ex ſimilitudine duarum literarum *Dâl* & و *Vâv*, quæ in codd. Mſſ. minimâ differentiâ diſtinguuntur. Heic autem pro ὀφρύος *lumbi*, *Ulugh Beigh* proculdubio emendatiùs legebat ὀφρύος *ſupercilii.* Stella vigeſima prima vocatur ذنب قيطس شمالي Danab Ketus Shemâli, i. *Ceti cauda Borealis.* Vigeſima ſecunda, eſt ذنب الجنوبي Danab AlGjenûbi, i. *Cauda Auſtralis*, & الضفدع الثاني AlDiphda AlThâni, i. *Rana ſecunda* In Chryſococcæ Tabulis Perſicis Οὐρὰ τῆς Κήτους. Hoc Aſtrum conſpicitur in ſummo cœlo nocte mediâ ab initio penè Octobris ad initium Decembris.

Ad Oriona.

Quibuſdam appellatur *Jugula* vel *Stella Jugula. Ptolemæo* Ὠρίων ἀστερισμός, qui, ut refert Plutarchus, erat Ὥρου ſacer. Fabuloſam nominis originem videas apud *Palæphatum* in Libro περὶ ἀπίστων, & apud *Didymum.* Inter cætera, tradunt primò dictum Οὐρίων, quippe qui natus eſt ex urinâ Deorum in Corium bovinum collectâ: at poſteà κατ' ἐυφημισμὸν dictus eſt Ὠρίων. Ὁ δὲ Ὠρίων ἄστρον μέγιστον καὶ λαμπρότατον ὠνόμασται τοῦ Ἥρωος. Sic *Euſtath.* Judæis גבור Gibbor, *Gigas*, Propter duos Canes & Leporem

porem quæ ſunt in viciniâ, Poëtæ fabulati ſunt Oriona fuiſſe ἐπιλόχευμον *Venationis ſtudioſum*: iſq; in cœlo exiſtens, fuerit ſicut Nimrod גבור ציד Gibbor Sajid, *Gigas* ſeu *Potens venatione* coram Domino. Hoc Aſtrum Arabibus dicitur الجوزاء Al-Gjauzâ, eodem ſc. nomine cum *Geminis*, idque propter rationem ſuperiùs allatam in Notis ad *Geminos*; viz. quòd in medio cœli ſitum ſit: non cum *Bullialdo*, quòd *Orion* pro altero *Geminorum* habitus fuerit Orientalibus, nam contrarium probatur ex *Abdurrahmân Sûphi*, qui deſcriptiones ac Figuras Conſtellationum in Libro conſignavit nono poſt Chriſtum ſeculo, longè ante illud tempus quo conditæ ſunt Tabulæ Perſicæ Chryſococcæ: nec cum *Schickardo*, quòd tres ſtellæ Capitis tres nuces in puerili ludo diſpoſitas imitentur. At diſtinctionis gratiâ Arabes alio etiam nomine appellant جبار Gjebbâr, i. *Gigas, fortis*: Sic quoque Syris dicitur ܓܒܘܪܐ *Gavóro*, & Chaldæis נפלא *Niphla*, quæ *Gigantem* ac *ſtrenuum* ſignificant, & in antiquis Bibliorum verſionibus reſpondent Hebraïco כסיל *Cheſil*, de quo meam & Rabbinorum ſententiam videbis in Notis ad *Navim*: hi enim dicunt eſſe *Soheil.* Hanc ſequentem Orionis deſcriptionem adducit toties laudatus Arabs, الجبار على صورة رجل شد على وسطه المنطقة والسيف *AlGjebbâr eſt in formâ hominis medio cincti Baltheo & Gladio.* Talem quoque deſcriptionem habet Mohammed Tuſæus in tractatu de Aſtrolabio,

وبعد از ان صورت جوزا بر اين كه عوام انرا بهادر خوانند و منجمان انرا
جبار خوانند بر صورت مردي بود با كمر و با شمشير و در دست او كه بالاي
سه كوكب كمر باشد دو ستاره روشن بود اما دست راست روشن تر بود وازو
ارتفاع كيرند وانرا يد الجوزا اليمني كويند واز دو پاي او كه در زير كمر و
شمشير بود پاي چپ روشن تر وبزرگتر بود وازو ارتفاع كيرند و بر ميان دو
دست از بالا سه كوكب خرد بهم پيوسته باشد مانند سه نقطه كه برث رسم
انرا راس الجبار كويند و هفده از منازل قمر ان كوكب بود

Poſt AlDebarân oritur Figura ſeu *AlGjauza, quem vulgus vocant Bahâdur*, i. *Strenuum: At Aſtronomi vocant Gjebbar. Eſtque in forma hominis cum Baltheo & Gladio; & in manibus ejus ſupra tres ſtellas Baltheï, ſunt duæ ſtellæ lucidæ; at quæ in manu dextra eſt lucidior, ab hac altitudines ſumere ſolent, & vocant Jed AlGjauzâ AlJumna*, i. *Dextra manus Orionis. Porrò è duobus pedibus ejus ſub Baltheo & Gladio, pes ſiniſter lucidior eſt ac major, à quo etiam altitudines ſumere ſolent. Et inter ambas manus ſupernè congeſtæ ſunt tres ſtellæ parvæ ſimiles tribus punctis in literâ The: hæs vocant Râs AlGjebbâr*, i. *Caput Gigantis; & Hek'a, quod eſt aſtrum quoddam ex Manſionibus Lunæ.* Apud *Phiruzabadium* النسف *Al Naſak* vel *AlNuſuk*

AlNusuk exponitur كواكب الجوزا *Stellæ Orionis*; ubi *AlNusuk* pro Orionis nomine adducitur: nisi forte mavis ut hæc verba reddantur partitivè, *Stellæ quædam Orionis.* Hujus vocabuli formam dualem videas in Notis ad Coronam Boream.

Ulugh Beigho prima stella dicitur هقعة Hek'a, quod significat *Circulum vel album quiddam emicans in superiori parte pectoris, aut in pede aut latere sinistro equi.* Hek'a autem constituit quintam Mansionem Lunæ, & est nomen trium stellarum in Capite, quarum una apud Phiruzabadium dicitur ميسا *Meisâ* vel ميسان *Meisân*, i. *Superbè incedens*: ejus verba sunt, الميسان احد كوكبي الهقعة *Al Meisân est una ex stellis* رؤس *AlHek'a.* Apud *Abdurrahmân Sûphi* appellatur هقعة الجوزا *Hek'a Orionis*: verba ejus hæc sunt, هقعة وهقعة الجوزا وقد روي التحاي و التحيات و التحية والاثافي ايضا تشبيها به وهو المنزل الخامس من منازل القمر *Hek'a, vel Hek'a AlGjauzâ*, i. *Orionis: & quidem fertur nomine AlTehâï, & AlTeh'yât, & AlTeh'ya, & AlAthâphi*, i. *Chytropodes, propter similitudinem: estque Mansio quinta ex Mansionibus Lunæ.* Gjeuharius ponit AlTehâi &c. synonyma رؤس Hen'a, quæ est Mansio Lunæ sexta, de quâ vide Notas ad Geminos. Stella secunda *Ulugh Beigho* dicitur منكب الجوزا Menkib AlGjauzâ, i. *Humerus Orionis*, & يد الجوزا اليمني Jed AlGjauzâ AlJúmma, i. *Manus dextra Orionis.* At pro *Jed AlGjauzâ*, vulgò legitur vitiosè *Beit Algeuse, &c. Suphius* vocat ذراع الجوزا Dirâ AlGjauzá, i. *Brachium Orionis.* Stella tertia *Ulugh Beigho* audit المرزم الناجد *AlMirzam AlNâgjid*: *Abdurrahmân Suphi* legit cum copula المرزم و الناجد *AlMirzam & AlNâgjid*; & explicatiùs adhuc dicit يسمون الكوكب الثالث الذي علي المنكب الايسر الناجد و يسمي الرزوم ايضا *Stellam tertiam quæ est in humero sinistro vocant AlNâgjid, & nominatur etiam Al Rezûm.* At in libro *Mu'gjizât Phârsi* hæc nomina ad duas stellas, tertiam ac quartam, pertinere dicuntur, وان دو كوكب كه بر دوش چپ اند ناجد و مرزم كويند *& duas illas stellas in humero sinistro vocant Nâgjid & Mirzam.* Mirzam significat *Leonem*: & ab eâdem radice est Rezûm *murmurans, rugiens.* Nâgjid *Strenuus, animosus*: vel si legatur cum ذ *Dhâl*, est *Dens genuinus* qui dicitur ضرس الحلم Dirs Al Hilm, i. *Dens sapientiæ*, & adultâ demum ætate prodit. Sed ii qui imponebant nomina fortassis alias significationes intenderint. Stellæ *Cinguli* sunt, quas nos Angli vocamus

mus The Golden Yard. Stellæ decima septima & vigesima quinta cum interpositis, *Ulugh Beigho* appellantur التاج , الذوايب AlTâgj & AlDawâïb, i. *Tiara & Antiæ* vel *Caprona.* Dawâïb significat *quicquid propendulum est*, utrùm sint *antiæ* vel *lemnisci.* Tâgj est *Tiara* vel involucrum capitis regibus Persarum proprium, uti عمامة Imâma, i. *Cidaris*, regibus Arabum. Et loco Corii bovini quod Oriona in alterâ manu gestare censemus, in pictura hujus Constellationis apud *Abdurrahmân Sûphi* ponitur (ut videtur) *Tiara* seu *Capitis Involucrum* explicatum & ex manu Orionis dependens. At *Sûphius* (ut & *Ulugh Beigh*) in descriptione suâ appellat *Manicam*, his verbis, و يسمي التسعة المقوسة التي علي الكم وهي من سابع عشر الي الخامس و العشرون تاج الجوزا و ذوايب الجوزا ايضا *Et nominantur novem arcuatæ quæ sunt in manica (sc. à decimâ septimâ ad vigesimam quintam,) Tâgj AlGjauzâ: item Dawâïb AlGjauzâ.* In libro *Mu'gjizât Phârsi* dictæ sunt *Novem stellæ quæ sunt super Caput*; idque propter significationem nominis *Tâgj.* Stellæ 26,27,28 vocantur منطقة الجوزا Mintaka AlGjauzâ, i. *Cingulum* seu *Baltheus Orionis*: & eodem sensu apud *Suphium* نطاق الجوزا Nitâk AlGjauzâ; & النظام AlNidâm vel النظم AlNedm, i. *Series, ordo, & quicquid in serie disponitur*, prout sunt dictæ stellæ: & نظم الجوزا Nedm AlGjauzâ: item فقار الجوزا Phekâr AlGjauzá, i. *Vertebra-dorsi Orionis.* Rabbi Ishak Israel existimat has dictas stellas designari nomine *Mazzaroth*: ejus verba sunt, "מזרות יש כוכב נקראת מזלתה ונקראת בערבי מנשקא אלזוזא ויא שהוא מזלות *Mazzaroth est Astrum quod vocatur Mazlathà, & vocatur Arabicè Minshaka AlZauza: & quidam dicunt esse Mazzaloth*, i. *Signa, vel Planetæ.* Fortè imaginatus est מזרזת Mazzaroth contractum esse quasi pro מאזרות Ma'zeroth, ab אזור Ezor *Zona, Cingulum.* In citato loco occurrit duplex Scribæ error ob literarum similitudinem, nempè מנשקא אלזוזא pro מנטקא אלגוזא. Rabbi Levi Ben Gershom dicit Mazzaroth esse unam ex Figuris Austrinis. Stellæ 29,30,31,32 vocantur سيف الجبار Saiph AlGjebbâr, i. *Ensis Gigantis.* Apud *Suphium* extat aliud etiam nomen اللقط AlLakat quod significat *Spicilegium.* Trigesima quinta, est رجل الجوزا اليسري Rigjl AlGjauzâ AlJusra, i. *Pes Orionis sinister.* Suphius adducit aliud etiam nomen hujus stellæ, راعي الجوزا Râï AlGjauzâ, i. *Pastor Orionis*; & sic pergit وقد روي ان الخامس والثلثون الذي علي القدم اليسري يسمي الناجد ايضا *Et fertur quòd*

quòd trigesima quinta quæ est in pede sinistro nominatur etiam AlNâgjid. Trigesima octava dicitur رجل اليمني Rigjl AlJúmna, i. *Pes dexter.* De Orione dicit *Moschopulus,* Ἐπὶ πλεῖστον ἔτος μετὰ τὰς Πλειάδας. *Scaliger* in Notis ad Manilium citat Anonymum aliquem ita loquentem, Ὠρίων δὲ τὸ λεγόμενον παρ' ἱστόρησας Ἀλεκτρυόνος. Πρώτως δὲ ἀνατέλλει κατὰ τὴν κβ τοῦ Ἰουλίου. Pergit Scaliger, *Hodie emergit supra Finitorem Græcanicum dimidiatus medio Junio Juliano.* Ait Cæsius, *Nocte mediâ Meridianum accedit mense Decembri.*

Ad Flumen seu *Eridanum.*

Ptolemæo Ποταμοῦ ἀστερισμός: aliis Ἠριδανός, & Ποταμὸς Ὠρίωνος. Arabs sic describit, النهر علي صورة شي طويل فيه الاعوجاجات *Al Nahr,* i. *Flumen est sub forma rei longæ in qua sunt Curvaturæ.* Ait Suphius والعرب يسمي الاول والثاني والثالث من كواكبه مع السادس والثلثين من كوكبة الجوزا وهو الذي فوق الكعب من رجله اليسري كرسي الجوزا المتقدم لانها قد صارت علي مربع شبيه بالكرسي والحادي و الثلثون النير الذي علي رجل الجوزا اليسري قد صارت علي ضلع من المربع شبيه برجل علي كرسي ويسمي من الرابع عشر الي الثاني والعشرون من كواكبه مع العاشر والحادي عشر من الاربعة التي علي صدر قيطس ازحي النعام وهو عشه و موضع بيضه والتي حوالي هذه الكواكب تسمي البيض والقيض ايضا وهو قشور البيض ويسمي الرابع و الثلثون النير الذي علي اخر النهر الظليم وبين هذه الظليم وبين الظليم الذي علي فم الحوت الجنوبي كواكب كثيرة بلا نهاية تسمي الزبال وهي فراخ النعام ورايت بشيراز كواكب كثيرة قريبة من الافق شبه زورق فيها كوكب نير من القدر الثالث هو مع النير الذي علي السبعة الجنوبية من ذنب قيطس وهو الضفدع الثاني علي مثلث فيه طول راسه الضفدع الثاني وفي خلال ذلك الكواكب من القدر الرابع و الخامس والسادس تسمي كلها الزبال ولم يذكر بطلميوس شي منها *Arabes vocant primam, secundam, & tertiam, unà cum trigesimâ sextâ de stellis Orionis (& hæc est supra Talum pedis dextri) Cúrsa AlGjauza AlMutakáddem,* i. *Thronus Orionis prior, eo quòd factæ sint quadratæ ad modum Throni. Et trigesima prima (sc. lucida quæ est in pede sinistro Orionis,) facta est in latere Quadranguli quasi pes* stans *in Throno. Et vocantur à decima quarta ad vigesimam*

mam secundam de stellis ejus unà cum decimâ & undecimâ (sc. de quatuor quæ sunt in Pectore) Ceti, Az'ha AlNaâm, i. *Nidus struthiocameli vel locus ovorum ejus* in arenâ: *& quæ sunt in circuitu harum stellarum vocantur AlBeid,* i. *Ova, & AlKeid,* i. *putamina ovorum. Et nominatur trigesima quarta, (lucida quæ est in extremitate Fluminis,) AlDalîm,* i.e. *Agger: & inter hoc AlDalîm et alterum AlDalîm quod est in ore Piscis Australis, sunt stellæ multæ infinitæ quæ vocantur AlZibal,* i. *Pulli struthiocameli. Porrò Shirázæ vidi stellas multas prope Horizontem; similes erant τῇ Záurak,* i. *Cymbæ: Inter eas est stella lucida magnitudinis tertiæ, estque cum lucida quæ est in ramo Australi de Cauda Ceti, (sc. Rana secunda,) in forma Trianguli longi cujus vertex est Rana secunda. Et inter has stellæ sunt de magnitudine quartâ, quintâ, et sextâ: et omnes appellantur AlZibâl,* i. *Pulli. De his tamen nihil memoravit Ptolemæus.* Inter Fluminis stellas 16, 17, & 19 sitæ sunt quatuor stellæ quæ *Suphio* vocantur صدر قيطس Sadr Ketus, i. *Pectus Ceti.* Vocabulum ازحي Az'ha in Libro *Mu'gjizat Pharsi* (ubi hæc Constellatio describitur) etiam Persice exponitur اشيانه Aſhiyâne, i. *Nidus.* Pro *Zibâl,* leg. *Riyâl.* Nomen الظليم Al Dalîm est *Terra fossi primitùs putei,* explicante Golio; sc. videtur esse *aggesta terra* quæ tanquam Agger (ut vides) in utriusque Aquæ (sc. Fluminis & Aquarii) extremitate ponitur. Et hinc in Chrysococcæ Tab. dicitur Αὐλαξ *Sulcus, porca.* Hæc stella 34ta aliàs vocatur اخر نهر AcherNahr, i. *Ultima Fluminis:* hinc profectum est *Acarnar.* Græcis dicitur Ἐσχάτη Ποταμοῦ & Ἡ ἄκρα τοῦ Ποταμοῦ. Hoc Astrum lineam Meridianam pertransit mediâ nocte mense Novembri.

Ad Leporem.

Ptolemæo Λαγῶς ἀστερισμός. Arabibus ارنب Arneb, i.q. Heb. ארנבת Arnébeth, i. *Lepus. Ulugh Beigho* stellæ 7, 8, 9, & 10 vocantur عرش الجوزا Arsh AlGjauzâ, i. *Solium Orionis.* Sic etiam *Suphius,* nisi quòd Scribæ errore omissa sit enumeratio stellæ nonæ, والعرب يسمي الاربعة التي علي يده وهي السابع والثامن و العاشر من كواكبه كرسي الجوزا الموخرة و عرش الجوزا ايضا لانها بينما بين الرجلين في موضع العرش وقرات في بعض كتب الادوا انها تسمي النهال *Arabes vocant tres quatuor quæ sunt in Corpore ejus, (suntque 7, 8, et 10,) Cúrsa AlGjauza AlMuácchera,* i. *Thronus Orionis posterior, et Arsh AlGjauza,* i. *Solium Orionis, eo quòd elevetur intra pedes in loco solii: et legi in quibusdam codicibus de Syderibus, quòd vocetur AlNihâl,* i. *Sitim explentia pecora.* Iste Lepus sub Meridiano nocte mediâ latitat, mense Decembri.

Ad Canem Majorem.

Ptolemæo Κυνὸς ἀστερισμός. Antiquis Σείριος, quod tam pro *Sole* quàm pro *Astro*

Canis apud priſcos authores uſurpatur. Cúmque ſolenne fuerit apud antiqũos Heroum ac Heroïnarum (qui pro Diis habiti) animas inter aſtra referre, hinc Plutarchus aſſerit *Canem cœleſtem* appellari *Iſidis animam*, καλεῖται μὲν Κύνα τὸν Ἴσιδος υἱὸν Ἑλλήνων, ὑπὸ Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν, Ὠρίωνα τὸν Ὧρον, τὸν δὲ Τυφῶνος Ἄρκτον. Et in alio loco, τοῦ Ὠρίωνος καὶ τοῦ Κυνὸς, ὧν τὸ μὲν Ὧρον, τὸ μὲν Ἴσιδος ἱερόν. Et alibi, τῶν τε ἄστρων τὸν Σείριον Ἴσιδος νομίζουσι. Huic quoque ſententiæ adſtipulatur Horapollo, Ἴσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἀστὴρ Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σώθης, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστρόκυων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων. Et ad hæc, in Inſcriptione Iſidis & Oſiridis, quam Diodorus Siculus ex vetuſtiſſimâ columnâ marmoreâ deſumpſit, Iſis de ſeipſa teſtatur, Ἐγώ εἰμι ἐν τῷ Ἄστρῳ τῷ Κυνὶ ἐπτέλλουσα. Quidam tamen, referente Diodoro, Oſiridi hoc Aſtrum tribuunt, τῶν δὲ παρ' Ἕλλησι παλαιῶν μυθολόγων τινὲς τὸν Ὄσιριν Διόνυσον ὀνομάζουσι, καὶ Σείριον παρωνύμως. Nomen Ὄσιρις eſt πολυώνυμος: quibuſdam enim ὈΣ copticè eſt *multus*, & ἰρὶ *Oculus*, adeò ut Ὄσιρις ſit πολυόφθαλμος. Aliis Ο eſt Articulus, & Σιρι vel Σειρ Copticè eſt *Filius*. Hinc profectum eſſe Σείριον quidam exiſtimant. Hocque fortaſſis anſam dederit *Cæſio* perperam affirmandi Oſiridem eſſe magnam ſtellam in Ore Canis, & Iſidem eſſe aliam tertiæ lucis quæ in fronte fulget. Non tamen veriſimile eſt Iſidis animam per tam parvam ſtellam repreſentari. Canopum autem potiùs eſſe ſtellam Oſiridis in ſequentibus docebitur. Eſt itaque *Iſis* eadem quæ Ægyptiis *Sothis*, quæ ſemper pro fulgentiſſima Sirii ſtellâ uſurpari ſolet. Prætereà ΙΣ, aſſerente Salmaſio, ſignificat *matrem*, & ΣΩΘΙ *graviditatem* vel *fœturam*; de quâ re audi Plutarchum, Σωθὶ Αἰγυπτιστὶ σημαίνει δὲ κύησιν ἢ τὸ κύειν, ὃ παραλλαγῆς γινομένης τοῦ ὀνόματος, Ἑλληνιστὶ Κύων καλεῖται τὸ ἄστρον ὃ παρ' ἡμῖν τῆς Ἴσιδος νομίζουσιν. Nomen Σειρὶς, (ut mihi quidem videtur) produxit Arabicum شعري *Shiri*, quod tamen Arabes enuntiant *Shira*. Græcis dicitur Κύων ἄστρον, Ἀστέρων, Μάγεα, Ἀστὴρ Μάγας, & Ἀστὴρ ὀπώρας: Ægyptiis Σῶθις, Σὶθ, Σιῶθ, Ἀστρικύων, & Σάλεκα, (hæc duo Kircherus ineptè tribuit شولة Shaula ſive *Caudæ Scorpionis*,) & hoc ultimũ Cœlius Rhodiginus vocat *Solechyn*. Clariſſimus Salmaſius exiſtimat Σῶθις eſſe nomen totius Conſtellationis, & Σὶθ, vel Σὶτ, vel Σὶθ eſſe nomen ſtellæ lucidæ in Ore. Apud Hephæſtionem Thebanum, primus Decanus Cancri (nam in hoc Signo cernuntur *Sirius* & *Canobus*,) Copticè dicitur Σῶθις, Secundus Σὶθ, Tertius Χνοῦβις. Et Χνοῦβις dicitur pro Χρυσῆς, ſumptâ denominatione à *Canobo* qui ſic dicitur à χρυσὸς, *aurum*. Quòd autem ſit *My* μ pro *Beta* β, hoc facillimè accidere Potuit: nam apud ſequiores Græcos pro *Beta* β ſemper ſcribitur & legitur *Ypſylon* υ: & hoc aliquando per ſcribæ errorem migrat in *My* μ; ut à βάλλω fiat υάλλω, & hinc μάλλω.

Ab hujus ſtellæ Ortu annum ſuum naturalem auſpicabantur Ægyptii: unde dicitur *Annus Sothiacus*, & *Periodus Sothiaca* quæ 1461 annis abſolvitur. Et quoniam circa *Caniculæ* Ortum Nilus Ægyptum inundare ſolebat; inde, tanquàm conſpiratione factâ inter *Caniculam* & *Nilum*, Æthiopibus *Nilus* dicta eſt Σῖρις: ſic enim canit *Dionyſius Afer*, Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων καλέοντο, οἱ δὲ Συήνης ἐνναέται ῥεφθέντι κατ' ὄγκον Νεῖλον ἐθέντο. Vel vice verſâ (ut Cæſio placet) à Σῖρις *Nili* nomine, factum eſt ſtellæ nomen Σείριος. Plutarchus dicit, quòd Sole Leonem ingrediente Nilus inundabat Ægyptum: unde Leonem venerari ſolebant, & rictibus Leoninis januas Templorum ornare. Et Ægyptii olim conſtruebant Sphingem ſeu Nilometrum vel Niloſcopium, cuius inferiores partes Leonem, ſuperiores Virginem referebant, quia Sole hæc duo Zodiaci Signa peragrante, Nilus Ægyptũ inundare ſolet. Vide *Kirch.* & *Ælian.* A pleriſque multũ caloris tribuitur *Sirio*, & apud Latinos paſſim vocatur *Æſtifer*, & *Sidus fervidum*, &c. quaſi ſit cauſa caloris ac æſtûs; cum reverà ſit nihil minús: hoc enim caſu tantùm accidit, quoniã *Sirius* oritur in mediâ æſtate, cùm Sol in ſũmâ ſuâ elevatione eſt poſitus; ideóque oportet nos maximum fervorem ſentire à *Sole*, non autem à *Sirio*, niſi cum quibuſdam ex antiquis per *Sirium*, *Solem* intelligas. Nam quotidianâ experientiâ docti ſumus poſt ortum *Sirii* aërem ſæpiſſimè eſſe multò magis temperatum ac frigidum, quàm fuerat ante ortum ejus. Et prætereà miſerè hallucinantur noſtri Scriptores Calendariorum, qui ponunt Sirii Ortum prope 20 *Julii*, cùm potiùs Heliacè oriatur circa decimum quintum *Auguſti*, uti anno 1629 *Oxonii* obſervavit Doctiſſ. Bainbrigius, qui de Ortu *Caniculæ* concinnavit egregium tractatum, in quo detexit ac refutavit errores Latinorum, & (qui eos ſequuntur) Almanichariorum noſtrorum, ut ipſe vocat, qui

A Cane cœleſti nil niſi nomen habent.

Canis iſte *Vlugh Beigho* vocatur كلب اكبر Kelb Acber, i. *Canis major*: & hoc nomen cõpetit toti Conſtellationi, cujus ſequentẽ deſcriptionem juxta mentẽ Arabum in medium profert *Abdurrahmân Sûphi*, العرب يسمي النير العظيم الذي علي
موضع الفم الشعري العبور و الشعري اليمانية ايضا وسمته العبور لانه قد عبر
المجرة الي ناحية الجنوب وذلك انهم يزعمون ان الشعريين هما اختا سهيل
وان سهيل تزوج بالجوزا فبرك عليها وكسر فقارها وظهرها فهو هارب نحو
الجنوب خوفا من ان يطلب بكسر الجوزا ولا يكبن السما وان العبور عبرت المجرة
الي سهيل ويسمي اليمانية لان مغيبها في شق اليمن ويسمي العبور وحده
كلب الجبار لانه يتبع الجوزا ابدا ويسمي التاسع التي يقدم اليمانية مرزم

من

من العبور ومرزم الشعري وقد روي انهم يسمون هذا الكوكب بعينه الكلب
ويسمي الثاني عشر و الرابع عشر و الخامس عشر و الثامن عشر الذي الذنب
العذاري وتسميها ايضا عذرة الجوزا وتسمي الاربعة المصطفة التي علي استقامة
خارجة عن الصورة مع السابع عشر الذي علي طرف الرجل اليمني من الكلب مع
السادس و السابع والثامن والحادي عشر الخارجة عن الصورة و حوالي النيرين
الفرود وتسمي الاغربة وقد يزعم قوم انها تسمي التاسع والعاشر النيرين حضار
والوزن وتسميها المحلقين ايضا لانها يطلعان قبل سهيل وفي ذلك غلط لان
سهيلا كوكب عظيم في القدر الاول منفرد لا يجاوزه شي من الكواكب وهذا
ان هما في القدر الثالث في ما بين كواكب كثيرة يطلعان في وقت واحد
ويرتفعان عن الافاق التي يرتفع فيها سهيل ارتفاعا كثيرا و لا يسميها احد
بسهيل *Arabes vocant lucidam illam magnam quæ est in loco Oris, AlShira Al Abûr*, i. *Sirius transiens, & AlShira Al Jemaniya*, i. *Sirius Jemanensis: & nominatur Al Abûr, eò quòd transeat Galaxiam versùs Austrum: Et hoc inde est, quoniam opinantur duos Sirios esse Sorores* τῆς *Soheil*, i. *Canopi; & Canopum in uxorem duxisse* τὴν *AlGjauzâ (Oriona) eique incubuisse, ejusque vertebram ac dorsum fregisse, & deinde aufugisse versùs Austrum propter timorem ne quis inquireret de fractione* τῆς *AlGjauzâ, nec accessisse in medium cœli; &* τὴν *Al Abûr transivisse Galaxiam ad Canopum. Nominatur verò Jemanensis, eo quòd occultatio ejus sit in plagâ* τῆς *Jeman*, i. *Arabiæ felicis. Et Al Abûr sola nominatur Kelb AlGjebbâr*, i. *Canis Gigantis, eo quòd Oriona sequatur perpetuò. Et nominatur stella nona quæ præcedit Jemanensem, Mirzam* τῆς *AlShira: Fertur autem quòd vocent hanc ipsam stellam AlKelb. Et nominantur* 12, 14, 15, *&* 18ma *quæ in Cauda, Al Adâra, & Ud'ra AlGjauzâ. Et nominantur quatuor in ordine collocatæ quæ sunt supernè extra Figuram, unà cum decimâ septimâ quæ est in extremitate pedis dextri Canis, cum* 6, 7, 8, *&* 11ma *quæ sunt extra Figuram, & circa duas lucidas, AlPhurûd, & nominantur Al Agh'riba*, i. *Corvi. Et opinantur vulgus quòd nominentur nona & decima sc. duæ lucidæ, AlHadâr & AlWezn; & vocantur quoque AlMuhliphèin, eò quòd oriantur ante Canopum. In hoc autem erratur, eo quòd Canopus sit magna stella magnitudinis primæ, solitaria, nec pertranseat eum ulla de stellis: hæ duæ autem sunt Magnitudinis tertiæ in spacio inter stellas multas; oriuntur eodem tempore, & elevantur ab Horizonte, in quo elevatur Canopus, elevatione multâ: & nemo eas vocat Canopum.* Sirius Jemanensis in Chrysococcæ Tabulis Persicis dicitur Σειριὴ,

Iacuarii.

Iacuarii. Hæc stella inter antiquas Arabum gentes, cultores habuit Tribum *Kais*, ex testimonio *Abulfaragii*, وقيس الشعري العبور, *Et Kais* colebat τὴν *AlShira Al Abûr*. Ex præcipuis verò cultoribus ejus fuit ابو كبشة Abu Cabsha, ut narrat *Bèidâvi*, & Commentator Persicus ubi exponit illum AlKorani locum Sur. 48. وهو رب الشعري *Et ipse* (sc. Deus) *est Dominus Sirii*, مراد ازين شعري اوست ابو كبشة كه يكي از اجداد مادري پيغمبر است صلعم اورا مي پرستيدند هر بار قريش در عبادت اصنام مخالفت كرده وقريش الحضرت را ابن ابي كبشة كفتند بجهت خلاف با ايشان *Mens hujus loci de Sirio, hæc est: Abu Cabsha, qui fuit avus matris Prophetæ, cui pax, illum* (sc. Sirium) *colebat, & perpetuò contendebat cum Koreishitis ne adorarent Idola. Ideóque Koraishitæ ipsum Dominum* (sc. Mohammedem) *etiam vocabant Filium Abi Cabshæ, quoniam cum illis contendebat*, sc. ut ab idololatriâ abduceret.

Canicula Syris dicitur كلبا جبارا Kelbo Gavóro, i. *Canis Gigantis* sive *Orionis*. Stella nona vocatur مرزم *Mirzam*: & hæc cum alia ejusdem nominis in Cane minore vocantur in duali numero مرزمان *Mirzamân*, & مرزما الشعريين Mirzamâ AlShirayèin, i. Tὰ *Mirzama duorum Siriorum*. Suphius ut vides, vocat tantum 4 stellas nomine *Adara* vel *Udra*; at D. *Golius* dicit esse *Quinque stellas in fine Galaxiæ*. In lib. *Mu'gjizat* & alibi scribitur عذارا cũ Eliph in fine: videtur significare in plurali *Virgines*, & udra est *Virginitas*, & *juba*, &c. Supra illas quinq; sunt aliæ quatuor quæ in li. *Mugj.* vocantur فرود Phurûd, i. *Stellæ in ortu conspicuæ, & fulgentiores*. Camûsi author dicit فرود كواكب مصطفة خلف الثريا *Phurûd sunt stellæ ordine collocatæ post Plejadas*. Ex alio Camúsi exemplari legeram فرون *Pherdûd*, ut suprà in Notis ad *Taurum*. Hadâr potest significare *Solum*, vel *terram habitatam*; & Wezn *Pondus*: & hæ duæ sunt ex numero τῶν Soheil seu *Canoporum*: hinc fortè est quòd *Canopus* dicatur *Terrestris* & *Ponderosa*; nisi malles hæc epitheta emanâsse à significatione nominis χρυσ, (unde est Canobi nomen) i. *Aurum*, quòd è terra effodiatur & sit ponderosum, adeóque pertinere tantum ad magnam illam stellam in Remo seu Gubernaculo Navis.

Porro hæ duæ vocantur Muh'liphein, i. *duæ juratæ*, quoniam quando oriebantur ante Canopum, homines quidam jurabant alteram harum esse Canopum, alii verò jurabant non esse. Juxta Calendarium Mohammedis Tizîni, *Sirius Jemanensis* vesperi ad medium cœli pervenit 27 Februarii; & manè 9 Octobris. Ait Cæsius, *Canicula* Astrum claret in Meridiano nocte mediâ sub finem Decembris.

Ad Canem minorem.

Ptolemæo Προκυνὸς ἀστερισμός. Dicitur autem Προκύων, *Antecanis* vel *Præcanis*, quia ante Canem majorem oritur. *Ulugh Beigho* audit كلب اصغر Kelb Asgher, i. *Canis minor*. Sequentem descriptionem habet *Abdurrahmân Suphi*, العرب سمتها شاميا لانه تغيب في شق الشام و تسمية الشعري الغميصا قال بعض اهل العلم الغميصا بالصاد العين قال و ذلك علة من اعلال العين لان عندهم انه اخت سهيل وانه لما عبرت اليمانية المجرة الي الجنوب الى ناحية سهيل بقيت هذه في الناحية الشرقية و الشمالية عن المجرة فبكت علي سهيل حتي غمصت عيناها و تسمي الاثنين ذراع الاسد المقبوضة سميت مقبوضة لتاخرها عن الذراع الاخري النيرين الذين علي راسي التوءمين ويمر النهر منهما علي مجري النهر الذي علي منكب الجوزا واكثر المروله زعموا انه المنزل السابع من منازل القمر وفي ذلك غلط لان القمر ينزل بالذراع الاخري المبسوطة و هي من الكوكبين النيرين علي راسي التوءمين *Arabes vocant Shamensem, eo quòd occultatio ejus sit in plaga AlShâm*, i. *Syriæ. Et nominatur etiam AlShira AlGhomeisâ. Docti ajunt AlGhomeisâ cum Literâ Sâd, est Oculus: dicunt quoque esse infirmitatem aliquam oculorum; namque apud illos habetur pro Sorore Canopi: cúmque Temanensis transierit Galaxiam versùs Austrum ad tractum Canopi, ista relinquitur in tractu Orientali & Boreali à Galaxiâ, & flet propter Canopum usque dum aquæ fluxu laborent oculi sui. Et nominantur duæ, Dirâ AlAsad AlMekbûda*, i. *Brachium Leonis contractum: & vocatur Contractum, eo quòd sit pone alterum Brachium ex duabus lucidis quæ sunt in Capitibus Geminorum: & pergit lucidior duarum juxta cursum lucidæ quæ est in humero Orionis. Et plerique qui de eo referunt, opinantur quòd sit Mansio septima ex Mansionibus Lunæ: in hoc autem erratur; nam Luna commorari solet in altero Brachio expanso, quod constat duabus stellis lucidis in Capitibus Geminorum.* Duo Sirii Arabibus vocantur in duali numero الشعريان AlShirayân: & اختا سهيل Uchtâ Soheil, i. *Duæ Sorores Canopi*. Iste autem *Sirius* dicitur *Shâmi, i. Syriacus*, (unde in Tabulis Persicis Σιαὶρ Σιαμὶ) & الغموص vel الغميصا شعري Shira AlGhomeisâ vel AlGhomûs, i. *Sirius oculi fluxu laborans*, idque propter rationem supra allatam; vel saltem quòd sit, اقل نورا من العبور *minùs lucida quàm Al Abûr.*

Hæcque

Hæcque fabula sic narratur in Libro *Mu'gjizât*, شعري الغميصا كويند از بهر انكه خواهر او شعري العبور از مجره بكذشت بر قصد سهيل واو در ناحيه شمال بماند بر سهيل چندان بكريست كه چشمش رفك كرفت *Shira AlGhomeisâ sic dicunt propterea quòd Soror ejus Shira Al Abûr transierit Galaxiam ad assequendum Canopum; illa verò interim manens in tractu Boreali, propter Canopum ita plorat, ut oculi sui lippitudine capti sint.* [Vide Golii Lexicon in غمص] Quidam verò in libris Latinis legentes *Algomeisa*, conjecturâ nixi interpretantur ἰ Συκάμινος, ideóque Arabicis characteribus scribendum docent الجميزة AlGjomeiza, i. *Sycamorus*; quâ in re maximè, ut vides, hallucinati sunt. Tota hæc Constellatio fit duabus tantùm stellis, quarum altera in picturâ quam habet Suphius collocatur in Humero, cui affiguntur nomina المرزم AlMirzam, & الذراع المبسوطة AlDirâ AlMebsûta, i. *Brachium expansum*; etsi ex superiori descriptione nomen *Brachii* ad ambas simul pertinere videatur: & alteri stellæ quæ sita est in radice Caudæ, apponuntur nomina الشعري الشامية AlShira AlShâmiya, i. *Sirius Shamensis*, & الغميصا AlGhomeisâ, ut suprà. Et addit Suphius, وهما علي راس القوس, *Et hæ duæ sunt in summitate Arcûs*; de quo & de *Brachiis*, vide Notas ad Geminos. Hoc Astrum summâ nocte in Meridiano spectandum exhibetur mense Januario.

Ad Navim.

Navis quæ, ut Græci ferunt, omnium prima Oceanum sulcavit, vocata est *Argo*, vel ab ejus fabricatore *Argo*, vel ab *Argivis*, sc. *Græcis remigibus* Argonautis, vel à *velocitate*, nam Ἀργὸς est *velox*. Fuit autem in cœlum relata, in memoriam Argonautarum qui Colchos profecti sunt ad diripiendum aureum vellus; vel saltem in memoriam Navis Osiridis, quod asserit *Plutarchus*, Ἕλληνες Ἀργὼ τὸν Ὀσίριδος πλοῖον ἐπὶ τιμῇ καταστερισμένον. *Argo navis* Ptolemæo dicta est Ἀργοῦς ἀστερισμός: aliis simpliciter Ναῦς. Quibusdam مركب Mercab, quod *Navim, currum*, aut *vehiculum quodvis* denotat. In descriptione stellarum 3, 6, 7, & 22 occurrit vocabulum ignotum: in altero Codicum *Ulugh Beighi* legitur تريش: in aliis codd. دردمش absque punctis diacriticis: sic etiam apud *Suphium*: in formâ plurali دردمشات absque punctis: in Tab. *Tizîni* تريش *Tur'yeish* & تردمشات *Tur'yeishât*. Quoniam verò *Ptolemæus* in singulis locis legit Θυρεός, ego etiam legendum substitui دردس Turèis, i. *Scutulus*: & in plurali تردسات Tureisât. Si doctior aliquis conjectando felicior fuerit, velim ut in locis suis calamo corrigat. Stella quadragesima quarta quæ est in Gubernaculo Australi (nam ut describit *Ælianus*, omnes naves antiquitùs duo Gubernacula habuêre,) Arabibus dicitur سهيل *Soheil*, Græcis Πτολεμαῖος, in memoriam *Ptolemæi* Lagidæ regis Ægypti. Græcis

ac

ac Ægyptiis dicitur Κάνωβος, i. *Canopus*, & referente Kirchero Σάμπλος. Canopus autem, cùm sit Nauclerus pro Deo aquarum habitus est Ægyptiis, qui etiam *Neptunum* eum vocabant, ejusque imaginem in formâ *Hydriæ* perforatæ effingebant, ideò ut Ignem Chaldæorum Deum singulari artificio superaret. Hæcque stella æquè ac *Canopus* Ægypti oppidum, nomen videtur accepisse à *Canopo Lacone Amiclæo* Menelai regis Trojæ navium Gubernatore paulò post bellum Trojanum inter Deos relato: ipse enim in illo oppido Aspide extinctus fuit. In hac sententiâ est *Eustathius* in *Dionysium*, Ἐν τῇ Κανάβῳ ἐκείνῳ τῷ κυβερνήτῃ καὶ ἀσπὶς ἐκεῖνον θανόμενον Κάνωβος ἐπωνύμασε. Aristides verò dicit se à sacerdote in ipsâ urbe *Canopi* audivisse, hoc nomen multis seculis ante Menelai adventum huic urbi inditum fuisse. Cùm autem Navis hæc, ut ex *Plutarcho* retuli, sit in memoriam Navis Osiridis, quibusdam dicta stella, quæ (ut quidam narrant) est omnium lucidissima, pro Osiridis stella habita est, quippe in quâ animam ejus fulgere opinati sunt; quod innuit *Plutarchus*, Στεφανοῦν ὀνομάζουσιν Ὄσιριν καὶ κυβερνήτην Κάνωβον, ὃ φασιν ἐπώνυμον γενέσθαι τοῦ ἄστρου.

Turgjemân Arabicus ait hanc stellam oriri & conspici in Regione *Jemen* vel *Jaman*: unde in Chrysococcæ Tabulis Persicis audit Σοχὶλ Ἰαμανῆ. Et in Mohammedis Tizîni Tabulis etiam memoratur سهيل اليمن Soheil AlJemen, i. *Canopus Jemanensis*; & dicit esse in Gubernaculo Australi. Ex antiquis Arabum Tribubus quæ stellas adorabant, Tribus seu Gens طي *Tai* sive *Tajitarum* huic stellæ cultum divinum exhibuêre. Et tribus قيس *Kais* colebant *Sirium*. Et Tribus مسم *Misam* colebant AlDebarân sive *Oculum Tauri*. Sic enim testatur *Gregorius Abulfaragjius*.

De proprietatibus hujus stellæ *Ecteri* refert, سهيل كواكبدن بريلدزدر كه قچان طلوع ايدسه يمن ولايتنده عقيق رنكي ادنن الور و بلغار ولايتنده جلود راتحة طيبة ادنن الور *Soheil est una è stellis, quæ quando oritur in regione Jemen Corneolus* gemma *colorem ab eâ accipit, & in regione Bulgariæ pelles bonum odorem ab eâ accipiunt.* Vocabulum عقيق Akîk, quod D. *Golius* reddit *Corneolus*, à Gjeuhario exponitur ضرب من فصوص *species quædam palarum*, sc. gemmarum quæ palis annulorum indi solent. Prolixiùs autem Phiruzabadius, عقيق خرز احمر يكون باليمن وبسواحل بحر رومية جنس منها كدر كماء يجري من اللحم الملح وفيه خطوط بيض حقمة من تختم به سكنت روعته عن الخصام وانقطع عنه الدم من اي موضع كان وحاته جميع اصنافه تذهب حفر الاسنان ومحروقه يثبت متحركها *Akik est conchites*

chites ruber qui reperitur in Jemen & in littoribus maris Mediterranei: quædam ejus species est turbidi coloris, quasi aquæ fluentis à carne salsâ (sc. muriæ): *in eo sunt striæ albæ obscuræ: & quicunque induerit annulum signatorium ex eo, manebit terror ejus apud adversarios suos, & sistetur ei sanguis ex quacunque parte fluxerit: Ramenta omnium specierum ejus abire faciunt cavitatem dentium: & ustum de eo corroborat quassatos dentes.* Quódque rubram tincturam lapidibus inducat Canopus, testatur Liber Nimetullâh, سهيل بريلدز در الله تعالي دنك قدرتيله وحكمتيله كوكده مقرلنده طوركن يرده طاش اچنده لعله رنك ويرر بر خاصه سي اولدر *Soheil est stella quæ Dei excelsi potentiâ sapientiâque in cælesti Mansione persistens, in terra inter lapides colorem Rubino impertit, ex peculiari quadam proprietate.* Hinc Persarum poëta quidam sic canit de lapide *Lalo*, quem D. Golius *Rubinum* exponit,

بون لعلش سهيل رخشنده سنك را رنك لعل بخشنده *Fuit Lalus ejus* rubedine *splendens virtute Canopi, qui lapidibus Lali colorem impertiri solet.*

چون سهيلش رفيق سنك امد *Quando enim Canopus* influentiâ suâ *in alicujus (lapidis consortium venit,*

سنك در دم عقيق رنك امد *lapis ille eodem momento venit in colorem ñ Akik.*

Nam uti Philosophi *Solem*, ita Orientales *Canopum* etiam influentiâ suâ omnia producere, fovere, ac nutrire autumârunt, ut ex hoc Poëtæ alicujus disticho constare videtur,

بر همه عالم همي تابد سهيل *Per totum orbem lucescit Soheil:*

جايي ادبان مي كند جايي اديم *alicubi crassius corium, alibi alutam producit:*

eâdem sc. influentiâ in uno loco res viles ac rudes, in alio verò eximias ac egregias progenerat. Per *Totum orbem*, Austrinam partem intelligit. Loquitur enim cum vulgo, qui totum Orbem intra sui visûs terminum positum esse existimant.

De Polo Austrino (ut etiam de Boreali) & stellâ Canopo plurima superstitiosa observantur apud *Orientales*, uti memoriæ proditum est in libro *Mu'gizât*; quæ, quia prolixa sunt, de Persico eorum compendium Latinè tantùm dedi. Si is qui papulis aut impetigine laborat, acceperit folium saligneum, & indigitans ad Polum Austrinum & Canopum, dixerit, *Hoc ideò facio ut abigantur papulæ* quadraginta vicibus repetitum, tum prorsùs delebuntur papulæ. *Et hoc quidem probatum est.* Ajunt præterea huic Polo & Canopo inesse singularem

larem proprietatem lætificandi homines: unde incolas regiones *Zingj* prope Polum Auſtrinum habitantes cæteris mortalibus hilariores ac lætiores eſſe aſſerunt. Et, ſi aliquis *Pterygio* laborans diù & intento viſu intuitus fuerit Polum Auſt. & Canopum, Pterygium decedet. At ſi Camelus intuitus fuerit, morbo langueſcet & morietur. Camelo autem ſic morienti, ſex proprietates inſunt. Harum prima eſt, quòd ſi mulier quæ menſibus caret, aliquid de ſanguine aut felle hujus cameli ſibi acceperit, menſes ſtatim copioſè fluent. Secunda, ſi aliquis acceperit oſſa hujus cameli, & conterendo indiderit oleo, eoque caput Epileptici inunxerit, ſtatim abibit Epilepſia. Tertia, ſi quis oculi vitio laborans, de eo camelo per triduum comederit, ſanabitur. Quarta, ſi quis aliquam partem hujus cameli combuſſerit cum ligno عوسج Auſegj, i. *Lycii*, & partem cinerum cum parte aliquâ cameli unà cum aceto mixtam loco piloſo inunxerit, pili in eodem loco ampliùs non creſcent. Quinta, ſi hiſce cineribus ter vel quater hæmorrhoïdas aliquis illeverit, aliquantulum eradendo carnem, hæmorrhoïdes mox evaneſcent. Sexta, ſi is qui Alopeciâ laborat, acceperit de carne, pinguedine, aut gibbo hujus cameli, & cum cepâ recenti conciderit, & hoc medicamento caput Alopeci unxerit, Alopecia certiſſimè decedet. De fabulis autem ſatis ſuperque dictum eſto.

Jam de ſignificationibus nominum *Canopi* & *Soheil* pauca delibanda ſunt. *Ariſtides* in oratione quæ inſcribitur Ἀιγύπτου, à Sacerdote quodam Ægyptio ſe accepiſſe ait, quòd Κάνωβος ſignificet χρυσὸν ἔδαφος, *aureum ſolum*; & D. Salmaſius dicit Xub denotare *Aurum* apud Coptitas: & os ſignificat *multum*; niſi velis potiùs eſſe terminationem quam addiderunt Græci. Hinc Cæſius exiſtimat fluxiſſe nomina *Terreſtris* & *Ponderoſa*, quæ Canopo tribuuntur: de quibus noſtram ſententiam videas in Notis ad Canem majorem. Arabicum nomen سهيل Soheil eſt in formâ diminutivâ, à verbo سهل Sahala *lenis, facilis, ac planus fuit*: & nomen سهل Sahl, eſt *Planities, terra mollis*; vel adjectivè *Facilis indole*: & diminutivum ejus *Soheil* (q.d. *ineptulus*) in hac ſignificatione partim, partimque in ipſo vocis ſono quadrare videatur cum nomine כסיל Cheſil, *facilis moribus, inſipiens*, qd vulgò ſed malè redditur *Orion*. Aben Ezra toto cœlo errat, ubi aſſerit *Cheſil* eſſe *Cor Scorpionis*. Alii autem Rabbini, iiq; non indocti, exponũt de *Canopo*. Sic Kimch. ex R. Jona qui fuit linguæ Arabicæ callentiſſimus, כתב ר' יונה כי כסיל הוא כוכב גדול נקרא בערבי סואל והכוכבים המתחברים אליו נקראים על שמו כסילים *Scripſit R. Jona, quòd Cheſil eſt ſtella magna quæ vocatur Arabicè Soâl* (pro Soheil): *& ſtellæ ei vicinæ vocantur nomine ejus Cheſilîm.* Sic etiam Rabbi Iſhak Iſrael, כסיל סהיל והכוכבים הגלוים אליו נקראו על שמו *Cheſil eſt*

eſt Soheil, & ſtellæ ei adjunctæ eodem nomine vocantur. Et hinc fortaſſis elucidabitur locus ille in XIII Iſaiæ, ubi legitur in plurali numero כוכבי שמים וכסיליהם לא יהלו אורם *Stellæ cœli, imò maximæ ſtellæ ex eis, non eradiabunt lumen ſuum.* Namque *Cheſil* vel *Soheil* videtur eſſe fere generale nomen magnarum ſtellarum, qualis eſt *Canopus*, in *Navi*, & سهيل الغرب Soheil AlPherd, i. *Canopus Solitarius*; nam in Tabb. Mohammedis Tizini ſic vocatur *Cor Hydri*: & alias etiam hujus nominis enumeravit *Suphius*. Quódque magnæ ſtellæ Auſtrales, non autem Boreales, hoc nomine inſigniantur, inde eſt quòd primi impoſitores nominis in Auſtrali non autem Boreali mundi plagâ habitârint: ideóque ſtellas ſibi vicinas potiùs quàm longiùs diſſitas reſpexêre. Et *Canopus* (cùm ſit omnium ſtellarum maxima) abſolutè ſic dicitur: aliæ verò ſua epitheta diſtinguentia habent. *Suphium* itaque de hac re differentem audiamus, و اما العرب فان الروايات عنها في سهيل وفي كواكب السفينة مختلفة فروي بعضهم انها تسمي النير العظم الذي علي الطرف السكان الثاني التالي سهيلا علي الاطلاق وان الكواكب النيرة التي يليه من القدر الثاني و هو السابع عشر والحادي والثلثون والخامس والثلثون تسميها سهيل يلفين و سهيل حضار و سهيل رقاس و سهيل الوزن و سهيل الحلف و روي اخرون ان حضار و الوزن يطلعان قبل سهيل و هما الكوكبان النيران من جملة الاحدي عشر الخارجة عن صورة الكلب واحد الفريقين لم ينص علي كوكب بعينه من الاسامي التي ذكرناها و سهيل في زماننا هذا في تسعة وعشرين جزءا و نيف واربعين دقيقة من الجوزا و بعد اول السرطان عن القطب الجنوبي مائة و ثلثة عشر جزءا و خمس و ثلثون دقيقة وعرض سهيل في الجنوب خمس سبعون جزءا فيكون بعده من القطب الجنوبي ثمنية و ثلثون جزءا و خمس و ثلثون دقيقة وكل بلد يكون عرضه هذا القدر في ناحية الشمال عن معدل النهار فان سهيلا يماس الافق الجنوبي و لا يرتفع الي فوق الارض وكل موضع ينقص عرضه من هذا القدر فان سهيلا يرتفع عن الافق الجنوبي اذا كان علي دايرة نصف النهار مقدار ذلك النقصان

النقصان ووجدناشيراز بالحلقة العضلية تسعة وعشرين جزوا وستة وثلثين
دقيقة فيكون ارتفاع سهيل في هذه الموضع علي دايرة نصف النهار تسعة اجزا
الا دقيقة واحدة وزعم قوم ان تحت قدمي سهيل زهر بيض لا ترى
بالعراق ولا بنجد وان اهل تهامة تسميها البقر ولم يذكر بطلميوس شي من
ذلك ولا يدري احق هو ام باطل وقد ذكر قوم ان ابتدا كواكب السفينة
من عند سعد البهام وموخرها عند السمكة وان سهيل علي مجدافها وقد كان
ذكر ان تحت الشعري العبور العذاري وهي التي تسمي عذرة الجوزا
وان بحيال العذاري سهيلا ثم ذكر انه علي مجداف السفينة التي من
عند الدلو الي عند السمكة وان الضفدع الاول علي مقدمها ——— والثاني
علي الشوكة الجنوبي من ذنب قيطس وهذا اقول من لم يعرف السفينة
ولا السعود ولا الضفدعين *Arabum traditiones de Canopo & de stellis Navis*

diversæ sunt: Quidam ferunt lucidam illam magnam quæ est in extremitate Gubernaculi secundi, quod est sequens, vocari Soheil absolute: & quæ ei adjacent lucidæ stellæ magnitudinis secundæ, nempe 17, 31, *&* 35ma, *has inquam vocant Soheil* ....., *& Soheil Hadâr, & Soheil Rekâs, & Soheil AlWezn, & Soheil AlMúhliph. Alii tradunt quòd Hadâr, & AlWezn oriuntur ante* Canopum: *& hæ sunt duæ stellæ lucidæ è numero* τῶν *undecim quæ sunt extra Figuram* Canis. *Et alterum agminum non exhibet ullam stellam ex eis ipsis, quarum nomina commemoravimus. Et Soheil in hoc tempore nostro est in viginti novem partibus & plùs quàm* 40 *minutis Geminorum: & distantia ab initio* Cancri *ad Polum Austrinum est partium* 113; *& minutorum* 35. *Et latitudo* Canopi *ad Austrum est* 75 *partium: estque distantia ejus à Polo Austrino* 38 *partium, minutorum* 35. *Et in quavis regione cujus Latitudo est secundũ hanc quantitatem in tractu Boreali ab Æquatore, Canopus tanget Horizontem Austrinum, & non elevabitur supra terram: at in quovis loco ubi deficit ejus Latitudo ab hac quantitate, elevabitur Canopus supra Horizontem Austrinum, quando est in Circulo Meridiano, pro quantitate talis defectûs. Porrò invenimus Shirâz cum Annulo musculari, esse* 29 *partium &* 36 *minutorum. Estque elevatio* Canopi *in Meridiano hujus loci, novem partium minùs uno minuto. Et opinantur aliqui sub pedibus* Canopi *esse splendorem album quod non visitur in Irâk neque in Negjd: & incolæ Tihâmæ vocant AlBakar*, i. *Bovem. Ptolemæus autem non memorat quicquam de hoc; & non novit an verum sit vel*

vel falsum. Quidam memorant initium stellarum Navis esse juxta Sa'd AlBahâm, & finem earum esse juxta Piscem: & Canopum esse in Remo: sub Sirio transeunte, esse τῶν *AlAdâra, quæ nominantur Udra AlGjauzâ: & è regione* τῶν *AlAdâra esse Canopum: hunc que esse in Remo Navis qui est ab Aquario usque ad Piscem: Ranam primam esse prodromum ejus: secundam esse in Spina* (i. pinna) *Australi Caudæ Ceti. Et hoc dico, quòd quicunque non noverit Navim, idem nec Fortunas nec Ranas* sciet. Ex Suphii dictis quædam fortassis non erunt cuivis Lectori obvia, quæ ideò breviter explicare conabimur. Nomen absque Punctis diacriticis, (pro quo in translatione Latinâ adhibentur aliquot puncta,) sic scriptũ est apud Suphium: legi potest *Telkîn* vel *Belkîn*: quoniam verò tale vocabulum non extat, fortassis legendum est *Belkîs* quod fuit nomen Reginæ Sabæ quæ visitatum venit Solomonem. Nominis *Rekâs* significatio non occurrit: Doctissimus *Pocockius* in Notis ad Specimen historiæ Arabum, scribit رقاش, *Rekâsh* cum *Shîn*. De cæteris nominibus dictum est superiùs. *Alterum agminum* dicit, quia sc. Suphius ut commodiùs situm indicet, juxta Navim pingit duo agmina stellarum, quæ sunt extra utrumque Canem informes. Ubi dicit *Partes, &c.* intelligit *Gradus*; nam quæ *Ptolemæus* & antiqui vocârunt Μέρη *partes*, recentiores vocant *Gradus*. Longitudo ac Latitudo Canopi & stellæ sequentis in quatuor *Ulugh Beighi* exemplaribus desiderantur; itaque ex Suphii Tabulis heic habe: *Long. Canopi est* 29 *Graduum cum* 52 *minutis, in Signo secundo: sequentis stellæ Long. est* 11 *graduum cum* 42 *minutis, in Signo tertio. Lat. Canopi est* 75 *Grad. cum nullis minutis: sequentis stellæ Lat. est* 71 *Grad. cum* 45 *minutis, estque magnitudinis tertiæ.* Polus Austrinus distat ab Æquatore 90 gradibus: & hinc ad finem Geminorum seu initium Cancri gradus sunt 23, qui complent numerum 113. *Shirâz* est urbs Persidis celeberrima, & olim Metropolis, haud procul à *Cyropoleos* ruinis distans. Ex Tabulis *Ulugh Beighi* & *Naßir Eddîni* Longitudo ejus ponitur 88 Grad. & Lat. 29. grad. cum 36 minutis, in Climate tertio. Instrumentum illud quo hujus urbis Latitudinem inveniebat, vocat Suphius *Annulum muscularem*; nam عضل *Adl*, unde denominatus est, *Musculum* corporis significat: nempe intelligit *Annulum Astronomicum* vulgarem ut puto. *Irâk* est nomen Provinciæ in quâ est *Bagdâd* urbs prope ruinas *Babylonis* extructa, quæ habet Long. 80, & Lat. 33 graduum cum 21 min. in Climate tertio. *Negjd* est superior Arabiæ pars quâ ad Babylonem ascenditur. *Tihâma* est inferior ac humilior Arabiæ pars, in loco ubi est *Mecca* in regione *Higjâz*: Abulpheda dicit ad Septentrionem conterminam esse Higjâzæ. *Mecca* habet Long. 77, & Lat. 21 Grad. cum 40 min. in Clim. secundo. Fortunæ sunt 10, quarum hæc quæ dicitur *Sa'd AlBahâm* est in *Pegaso*: stellæ *AlAdâra*, sunt in *Cane majori*: & *Ranarum* altera est in Ore *Piscis Australis*, altera verò in Australi ramo

Caudæ

Caudæ *Ceti*. De Heliaco ortu *Soheili*, i. *Canopi* in Patriâ suâ refert Phiruzabadius, سهيل نجم عند طلوعه تنضج الفواكه وينقضي القيظ *Soheil est stella ad cujus ortum maturescunt fructus, & ad finem vergit AlKaid.* Quid autem sit *AlKaid* alibi exponit, القيظ صميم الصيف من طلوع الثريا الي طلوع سهيل *AlKaid est vehementior pars Æstatis ab ortu Plejadum ad ortum Canopi.* Juxta Calendarium *Kas Kuriaci*, Heliacè oritur Canopus in *Irâk* tertio die Septembris: in *Higjâz* 8 Augusti: in *Syriâ* 28 Augusti. Juxta *Mohammedis Tizîni* Calendarium, Heliacè oritur in *Higjâz* 28 Aug. in Ægypto 25 Aug. & in *Syriâ* 8 die Septembris: & vesperi μεσουρανεῖ Canopus 26 Februarii: cum primâ luce matutinâ μεσουρανεῖ 7 Octobris. De Constellatione Navis ait Cæsius, *Meridianum pererrat mediâ nocte cum superiori Proræ parte, sub finem Januarii.*

Ad Hydrum.

Ptolemæo Ὕδρου ἀστερισμός. Arabibus الشجاع *AlShugjâ*, quod apud Turgjemân Arabicum Persicè exponitur مار باريك ومار نر *Serpens tenuis, & mas serpens.* Et Arabs hanc Constellationem sic describit, الشجاع وهو علي صورة حية دقيقة طويلة *AlShugjâ est in forma serpentis tenuis ac longi.* Apud *Ulugh Beighum* prima stella dicitur منخر الشجاع Minchir AlShugjâ, i. *Nares Hydri.* Et à prima ad septimam utrinque inclusivè dicuntur من الاعزل *Min Al A'zal*, i. *Ex Inermi*, quasi ad Virginem pertinerent. Stella duodecima, quæ Latinis audit *Cor Hydræ*, in Tabb. Persicis dicitur Ὕδρου αὐχὴν; & *Ulugh Beigho* عنق الشجاع Unuk AlShugjâ, i. *Collum Hydri*, & فرد الشجاع Pherd AlShugjâ, i, *Solitaria Hydri*, vel simpliciter فرد Pherd, i. *Solitaria*; idque propter rationem quam adducit *Tusæus* ستاره تنها باشد كه در حوالي او هيچ ستاره نباشد *Quòd sit stella solitaria cui nullæ in circuitu stellæ adjacent.* Ahmed Azdiensis vocat hanc stellam فقار الشجاع Phekâr AlShugjâ, i. *Vertebra Hydri.* In Tabb. *Mohammedis Tizini* nomen *Unuk AlShugjâ* alii stellæ, quæ est in Cervice prope Caput Hydri, tribuitur. At de hac Constellatione fusissimè disserit *Abdurrahmân Suphi*, والعرب تسمي الثاني النير الذي علي اخر العنق الفرد سمته فردا لانه انفرد عن اشباهه وتنحية الي ناحية الجنوب فاما ساير كواكب الشجاع فان الروايات عن العرب فيها تختلف فقد روي بعضهم ان بين كوكب

كوكب الفرد و بين الخبا كواكب مستطيلة مثل الحبل تسمي الشراسيف اراد بذلك كوكبة الشجاع واراد بالخبا كوكبة الغراب وان بين الشراسيف والخبا كواكب مستديرة تسمي المعلف اراد بذلك كوكبة الباطية ثم ذكر ان هناك عرش السماك وانه تسمي الاجمال وهو كوكبة الغراب بعينها وذكر بعد ذلك ان بين الفرد وبين زباني العقرب الخبا اليماني وليس هناك خبا غير كوكبة الغراب وروي عنه ان بين الفرد وزباني العقرب الخبا وان علي راس الخبا الشراسيف بين كوكبة الغراب وان هناك عرش السماك غير الخبا ثم ذكر ان بين الشراسيف والخبا كواكب مستديرة يقال لها المعلف اراد بذلك كوكبة الباطية فجعل المعلف بين الخبا وهو فيما بين الفرد وبين الخبا فدل علي انه لم يعرف شيا من هذه الكواكب وروي بعضهم ان بين الفرد وبين زباني العقرب الخبا وان بعد الخبا الشراسيف وان هناك اربعة كواكب تسمي عرش السماك وان المعلف بين الشراسيف وبين الخبا فجعل المعلف بعد الخبا وحكي ذلك عن من تقدمه من غير معرفة وروي بعضهم ان بين الفرد وبين زباني العقرب الخبا ثم الشراسيف وثم المعلف واكثر رواياتهم عن العرب كذلك والشراسيف هي كوكبة الشجاع بين الفرد وبين كوكبة الغراب التي يسمي عرش السماك وهي من الكوكب الثالث عشر من كواكبه الي الثالث والعشرون الذي علي جنوب كوكبة الغراب واما الكوكب الثاني خارج عن صورة الشجاع مع السطر الذي يخرج منه فيما بين كوكبة الشجاع وبين كوكبة الاسد مع الكواكب النيرة التي تقع في السطر من كوكبة الاسد ومع بقية من كوكبة الشجاع فانها تسمي الخيل و الكواكب الصغار التي في خلالها تسمي فلا الخيل وفي خلالها كوكبة الباطية بين

بين القرن وبين كوكبة الغراب تسمي المعلف الباطية تسميها العرب المعلف
الغراب تسميها العرب عرش السماك و عجز الاسد والاجمال و الخبا

Arabes vocant duodecimam lucidam quæ est in postrema parte Cervicis, AlPherd, i. Solitariam; & sic vocatur, eo quod separata sit ab aliis sibi similibus, inclinando ad tractum Australem. Reliquas verò Hydri stellas quod attinet, Arabum relationes de eis diversæ sunt. Narravit quidam ex eis quòd inter stellam AlPherd & inter AlChibà sint aliquot stellæ in longum protensæ sicut funis, quæ vocantur AlSharâsiph, i. Costæ; sc. intelliguntur stellæ Hydri; & per AlChibâ, i. Tentorium, intelliguntur stellæ Corvi: & retulit quòd inter ٭ AlSharâsiph & AlChibâ sunt aliquot stellæ circulares quæ vocantur AlMa'laph, i. Præsepe; per hoc intelliguntur stellæ Crateræ. Deinde memoravit hîc esse Arsh AlSimâk, i. Solium Efferentis, hocque vocari AlAgjmâl, i. Cameli, qui sunt ipsæ stellæ Corvi. Posthac memoravit quidam, quòd inter AlPherd & Chelas Scorpionis sit AlChibà Altemâni, i. Tentorium Temanense: illic verò non est aliud Chebâ quàm illud ex stellis Corvi. Rursus retulit quòd inter AlPherd & Chelas Scorpionis sit AlChibâ, quódque ad verticem ٭ AlChibà sint ٭ AlSharâsiph post stellas Corvi, & illic esse Arsh AlSimâk absque AlChibâ. Deinde memoravit inter ٭ AlSharâsiph & AlChibâ, esse aliquot stellas circulares, dictas AlMa'laph; per hoc intelliguntur stellæ Crateræ: fecitque AlMa'laph inter AlChibâ, & est inter AlPherd & AlChibâ: et hinc liquet ipsum non novisse quicquam de hisce stellis. Quidam ex eis retulit inter AlPherd et Chelas Scorpionis esse AlChiba, & post AlChiba esse ٭ AlSharâsiph, & hic esse quatuor stellas dictas Arsh AlSimak; & esse AlMa'laph inter ٭ AlSharasiph & AlChibâ; fecitque AlMa'laph post AlChibâ: & narravit hoc propter eum quicunque sit qui præponit illud ignoranter. Retulit alius quidam ex eis inter AlPherd & Chelas Scorpionis esse AlChibâ, et tum ٭ AlSharâsiph, & deinde AlMa'laph: et pleræque Arabum relationes huc spectant. Et ٭ AlSharasiph sunt stellæ Hydri, inter AlPherd et stellas Corvi quæ vocantur Arsh AlSimâk; & hæ sunt à stellâ decimâ tertiâ è stellis ejus usque ad vigesimam tertiam quæ est in Triangulo ad Austrum stellarum Corvi. Porrò stella secunda extra Figuram Hydri, unà cum linea quæ inde egreditur in spatio inter stellas Hydri & stellas Leonis, simul cum stellis lucidis de stellis Leonis quæ in lineam cadunt, cúmque reliquis stellis Hydri, hæ inquam vocantur AlCheil, i. Equus: & stellæ parvæ in medio earum vocantur Phelâ AlCheil, i. Pullus Equi. Et in medio harum sunt stellæ Crateræ (inter AlPherd & stellas Corvi) quæ vocantur AlMa'laph, i. Præsepe. Craterem enim vocant Arabes AlMa'laph; & Corvum vocant Arabes

Arsh AlSimâk, i. *Solium efferentis*; *& Agjaz AlAsad*, i. *Clunes Leonis*; *& AlAgjmâl*, i. *Cameli*; *& AlChibâ*, i. *Tentorium. AlAgjmâl* in libro *Mu'gjizât*, & semel apud *Suphium*, legitur sine puncto sub literâ *Gjim*: & hoc modo si legatur *AlAhmâl* significabit *Arietes*. At meliùs cum puncto. In Libro *Mu'gjizât*, pro فرد Pherd, legitur فرد, Pherûd; sed minùs bené. In Calendario *Mohammedis Tizîni* memoratur parva Constellatio dicta الخيل المرعا AlCheil AlMar'a, i. *Equus pascens*; cujus ortus Heliacus ponitur 16 die Februarii: ideóq; non potest esse *AlCheil* cujus hic mentio, sed circa Capricornum collocari videtur. Juxta dictum Calendarium μισοεγνῖ *Soheil AlPherd* (quæ etiam, quod postliminio deprehendi, vocatur سهيل الشام Soheil AlShâm, i. *Canopus Shamensis*,) 15 Novembris. De Hydri Constellatione ait Cæsius, *Meridianum nocte medià occupat Capite, ineunte Februario; Caudà verò ineunte Aprili; & medietate circa medium Martii sive Æquinoctium Vernum.*

Ad Crateram.

Ptolemæo Κρατῆρος ἀστερισμός. Aliis Τρία: & Κάλπη, *Urna.* Arabibus باطية Bâtiya, à Persico بادیه Bâdiya, i. *Poculum magnum ac amplum.* Quibusdam dicitur *Alkis* pro الكاس AlKâs, i. *Cyathus*: hocque ab Heb. כוס *Cos* ejusdem significationis. Stellæ Crateræ Arabibus dicuntur المعلف AlMa'laph, i. *Præsepe.* Plura videas in citatione ex *Suphio* in Notis ad præcedentem Constellationem. Cratera Meridianum occupat mediâ nocte circa Martii medium.

Ad Corvum.

Ptolemæo Κόραξ ἀστερισμός. Ulugh Beigho الغراب AlGorâb: hocque deducitur ab Hebraico עֹרֵב Orev, i, *Corvus.* Suphius dicit, و العرب تسمي هذه الكواكب عجز الاسد و تزعم ان القمر ربما قصد فنزل بعجز الاسد وتسميها ايضا عرش السماك الاعزل و الخبا *Arabes vocant has stellas Agjaz AlAsad*, i. *Clunes Leonis*: *& putant quod Luna aliquando eat commoratum in Clunibus Leonis. Has etiam vocant Arsh AlSimâk AlA'zal*, i. *Solium efferentis Inermem*, *& AlChibà*, i. *Tentorium.* Vide suprà in Notis ad Hydrum. Prima Corvi stella *Ulugh Beigho* dicitur منقار الغراب Minkâr AlGorâb, i. *Rostrum Corvi.* Stella quarta جناح الغراب الايمن Gjenâh AlGorâb AlAiman, i. *Ala dextra Corvi.* Meridianum nocte mediâ versùs Austrum pervolat, circa Martii medium.

Ad Centaurum.

Ptolemæo Κενταύρου ἀστερισμός. Arabes utuntur Græco nomine قنطورس *Kentaurus.* In lib. *Mu'gjizât* sic describitur, قنطورس حيوانيست كه از سر تا كمركاه صورت ادمي بود واز كمركاه تا اخر صورت اسب روي بمشرق باشد واخر پشت بجانب مغرب وبدرست او دوشاخ باشد وبر دستي ديكر سري كرفته باشد وبر شكم اسب كوكبي ديراست اورا بطن كويند وبدرست اسب كوكبي روشنست انرا حضار كويند و بر دست چپ ديكري وانرا وزن خوانند واين دو كوكب را متلفين كويند *Kentaurus est animal quod à Capite ad Cingulum figuram hominis refert; & à loco Cinguli ad extremitatem, figuram equi. Facies ejus est ad Orientem, & postica pars Dorsi ad tractum Australem. In manu* sinistrâ *flagellum bilore gestat: altera manus ad Caput attollitur. In ventre Equi est stella lucida, quæ dicitur Betn,*i. *Venter. Et in manu* (i. anteriori pede) *Equi est stella lucida dicta Hadâr: Et in manu sinistrâ est alia quædam dicta Wezn: hasque duas vocant Muhtalaphein,* i. *Juratas.* Ulteriorem descriptionem habe ex *Abdurrahmân Sûphi,* qui sic differit, والعرب تسمي كواكب قنطورس و السبع جميعا علي الجملة الشماريخ وهي تسميها الشماريخ لكثرتها وكثافة جمعها وتسمي الخامس و الثلثون الذي علي طرف اليد اليمني من الدابة وهو التالي من الاثنين النيرين الذين في جنوب كوكبة قنطورس و السبع من القدر الاول مع السادس و الثلثون المقدم للخامس و الثلثون من القدر الثاني من اعظمه وهو علي ركبة اليد اليسري من الدابة حضار و الوزن وتسميها متلفين والمنثنين لان المتقدم منهما خاصة يمر علي مجري سهيل او قريب منه فاذا طلع احدهما يشبهه من يراه بسهيل فيدعي انه سهيل ويراه غيره ويعرفه فيقول ليس بسهيل و يتخالفان فيحنث المدعي انه سهيل تسميا متلفين و منثنين ولا ادري ايما حضار وايما الوزن ويشبه ان يكون السادس والثلثون المتقدم حضار لانه يطلع قبل الخامس و الثلثون فهم يبتدون بالحضار في تسميتها ثم بالوزن *Arabes vocant stellas Centauri & Feræ omnes simul AlShamârich,* i. *Spadices,*

propter multitudinem ac densitudinem collectionis earum. Et vocant trigesimam quintam, quæ est in extremitate manûs dextræ Jumenti (& hæc sequitur duas lucidas quæ sunt ad Austrum stellarum Centauri ac Feræ, estque magnitudinis primæ,) unà cum trigesimâ sextâ quæ præcedit trigesimam quintam, (estq; magnitudinis secundæ maxima, & est in genu manûs sinistræ Jumenti,) Hadâr & AlWezn: & vocant eas Muhtalapheìn, i. *Juratas; & Muhnatheìn,* i. *Pejuratas: eo quòd præcedentior duarum propriè incedat juxta cursum Canopi, aut quàm proximè; & alterâ earum oriente, qui vidit eam comparavit Canopo, & exclamavit quòd sit Canopus: alius verò vidit & cognovit eam, dixitque non esse Canopum: et jurârunt ambo. Et propter pejurationem ejus qui exclamavit quòd esset Canopus, vocatæ sunt Muhlaphein et Muhnathein. Non tamen intelligo quænam sit Hadâr, aut quænam sit AlWezn: sed verisimile est quod trigesima sexta quæ præcedit, sit Hadâr, eo quòd oriatur ante trigesimam quintam; nam incipiunt ab Hadâr quando eas nominare solent.* Vide suprà in Notis ad Canem majorem. Suphius Centaurum ac Feram simul pingit, ubi ille manu suâ hujus anteriorem pedem prehendit. Stella trigesima quinta *Ulugh Beigho* dicitur رجل قنطورس RigjlKentaurus, i. *Pes Centauri.* In Chrysococcæ Tabb. Persicis Πὲς Κένταυρος. Hoc Astrum in Meridiano conspicitur nocte mediâ circa finem Aprilis.

Ad Feram.

Ptolemæo Θηρίου ἀστερισμός. Suidæ (dicente *Cæsio*) Κρυπτὰς à rapacitate; est sc. *Lupus:* vel potiùs Κρυπτὴς. Arabibus سبع Sebu', i. *Fera,* & فهد Phehd, i. *Thos, Pardus.* In Globo اسدة Asada, i. *Leæna.* Cæsius hujus constellationis adducit Persicum nomen *Bridemif*: sed videatur potiùs ad Centaurum pertinere; dicit enim Albumasar, quòd cum primo Virginis Decano oriatur *Finis equi masculi, qui & ipse Bridemif appellatur, quem ipsi Centhaurum dicunt.* Adeóque potest esse pro برذون Birdûn, i. *Equus onerarius* vel *clitellarius.* Suphius in eandem Constellationem compingit *Centaurum* cum *Fera,* quæ summâ nocte in Meridiano cernitur initio Maji.

Ad Thuribulum.

Ptolemæo Θυμιατηρίου ἀστερισμός. Aliis Θυσιαστήριον, & Θυτήριον. Latinis *Ara.* Suphius meminit aliquot stellarum quas non observavit Ptolemæus; verba ejus hæc sunt, وخلف بهذا الكوكب الثاني كوكب من القدر الرابع بينهما نحو ثلثة اذرع لم يذكره بطلميوس وهو كوكب يضعف لان باقرب منه كوكب من القدر السادس قد صاربه بضعفا و فيما بين هذه الكوكب وبين الثاني كوكب اخر يميل عنهما الي الجنوب من القدر الخامس لم يذكره بطلميوس *Stellam secundam sequitur stella quædam magnitudinis quartæ; inter has est Spatium trium*

trium cubitorum: et hujus non meminit Ptolemæus. Est verò stella dupla, eò quòd propè eam sit stella magnitudinis sextæ quæ facta est cum hac gemina. Et inter hanc stellam et secundam est alia stella quæ ab illis inclinat ad Austrum, magnitudinis quintæ: hujus mentionem non fecit Ptolemæus. Hæc Constellatio mediâ nocte sub finem Junii Meridianum permeat infra Horizontem transiens.

Ad Coronam Australem.

Ptolemæo Σπειρόνη Νοτίου ἀστερισμός. Aliis Δεύτερος σέφανος, & Ὀυρανίος, & Κεφυκαῖος. *Suphius* dicit de eâ diversas esse Arabum sententias, واما العرب فقد اختلفت الروايات عنها في هذه الكواكب فروي قوم منهم انها تسمي هذه الكواكب القبة لاستدارتها وزعموا انها اسفل من شولة العقرب وليس هناك كواكب مستديرة تشبه القبة غيرها وزعم اكثرهم ان ورا القبة الصردين وهما السادس والعشرون والسابع والعشرون من كواكب الرامي احدهما السادس والعشرون علي ساقه اليمني وروي اخرون انه تسمي ازحي النعام وهو عشه وموضع بيضه لانها علي جنوب النعامين الصادر والوارد فيما بينها

Arabum discrepant relationes de hisce stellis: quidam ex eis referunt quòd hæ stellæ vocentur AlKubba, i. *Testudo* vel *Tabernaculum, propter circularem formam. Porrò existimant eas sitas esse infra Aculeum Scorpionis: et quidem illic non sunt aliæ stellæ circulares quæ Testudinem referant, præter eas. Plerique existimant quòd ponè Testudinem sint AlSaradein, et hæ duæ sunt vigesima sexta et vigesima septima è stellis Sagittarii: altera earum,* sc. *vigesima sexta est in crure dextro. Alii referunt quòd vocentur Az'ha AlNaâm,* i. *Nidus struthionis et locus ovorum ejus, eo quòd sint ad Austrum duorum* Struthionum, sc. *Adeuntis* aquam, & ab ea *Redeuntis, in spatio inter eos.* In recensendis stellis Coronæ, Suphius dicit قدام الاول بالقرب منه كوكب من القدر الخامس بينه وبين الاول اقل من شبر في راي العين لم يذكره بطلميوس وهو انور من الحادي عشر والثاني عشر والثالث عشر

Ante stellam primam, sc. *prope eam, est stella quædam magnitudinis quintæ: inter hanc et stellam primam est minus quàm spithama, quantum judicare valeat oculus: hujus non meminit Ptolemæus; est tamen lucidior quam* 11, 12, & 13ª. Duæ Stellæ

Stellæ quæ Suphio vocantur in numero duali AlSaradein, in libro *Mu'gjizat* leguntur الصردين AlSadadein; & altera dicitur esse in Crure, & in Fœmore altera. Quod dicit de Struthionibus, eorum alter dicitur النعام الصادر AlNaâm Al Sâdir, i. *Struthio adiens* aquam; & alter dicitur النعام الوارد Al Naâm AlWârid, i. *Struthio rediens* ab aqua. Sic etiam in lib. *Mu'gjizat* AlNaâm explicatur per اشترمرغ i. *Struthiocamelus*: & benè quidem dum in hac forma legitur. At *Ulugh Beigh* & alii plures legunt in formâ plurali النعايم Al-Naâïm, quod interpretati sumus *Pecora*: idque propterea quòd in Tabulis *Mohammedis Tizîni* eis tribuatur *Pastor*; sic enim legitur راعي النعايم وهو القبة *Pastor pecorum, est sc. Testudo*, sub quam recumbit Pastor. Hæc autem Corona Meridianum gemmis suis sive stellis illustrat, nocte mediâ ineunte Julio Horizontem ferè stringens.

Ad Piscem Australem.

Ptolemæo Ἰχθὺς Νοτίου ἀστερισμός. Arabibus الحوت الجنوبي AlHût AlGjenûbi, i. *Piscis Australis.* Stella lucida quæ est in Ore, vocatur الضفدع الاول AlDîphda AlAuwal, i. *Rana prima*; & الظليم Al Dalîm, i. *Agger*; & فم الحوت Pham AlHût, i. *Os Piscis*: estque communis cum stellis Aquarii. In Tabulis Persicis Chrysococcæ dicitur, Πόμα Ἰχθύος μέσον. Transit Meridianum nocte mediâ circa medium Augusti.

